

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

LANDES-  
UND STADT-  
BIBLIOTHEK  
DUISBURG

Handwritten red mark or signature at the bottom right corner.

**A**ugustine pater. aquila in morte iohannis  
**I**ngenij velis petis alta recondita celis  
**I**nde venis lucens. lucem cunctisq; reuelans  
**Q**ua dum stinuo patulam factis esse libello  
**N**o capit hac tota. simul omnia mes relegedo  
**E**st opus ergo pium membris distingue totu  
**L**uceat ut facile pia mens quodcuq; requirit  
**H**inc memor esto tui. meores pcor alme p te  
**T**ecu luce frui. michi det lux optima p te. ame.

**P**rohemium libelli.

**C**omendaco materie q tractatur. ca. p mu. ca. p mu.  
**D**eu nullo pdicamto pprie expmi posse. .ij.  
**Q**ueda racoe. qda vero fide fore pbada .iij.  
**S**pūs sex modis dī in scpturis .iiii.  
**A**mma quid sit. .v.  
**Q**uid sit angelus. .vi.  
**E**mgmatica diffinico dei .vii.  
**S**cala creaturarū ad deplādū creatore .viii.  
**C**omendaco ptracte contemplacōis .ix.  
**D**e trinitate psonarū et bēvitate. .x.  
**C**ur pater nō mī et filius non filia dī. sed verbi  
 nomen obtineat .xi.  
**Q**uō creatura in deo vita esse dicat̄ .xii.  
**Q**uō psona filij sola sit incarnata .xiii.  
**Q**uō amor dei spūs scūs dicatur. et quomō in  
 separabilis sepabiliter in igne apparuit et co  
 lumba .xiiii.

- De equalitate psonarū & cur magis s̄b dicitatis  
 vocabulo venerantur q̄ aliarū virtutū utpote  
 misericōdie aut iusticie. .xxv.
- Si nullus miser esset vel damnatus adhuc deus  
 suā misericōdiam & iusticiā possit oñdere .xxvi.
- De malo quid sit & q̄ in regno dei nichil inordinatū  
 natum relinquitur .xxvii.
- Utrū creatura ex creatoris s̄ba vel ex aliq̄ p̄ce  
 istēte materia an ex n̄lo sit cōdita. .xxviii.
- Propositiō quicq̄ difficultū q̄onū .xix.
- Responso ad p̄mā et q̄ creator in tota creatura  
 ra existat. .xx.
- Quō ois creatura i creatorē existē p̄tē .xxi.
- Cur nō tota catura equalit̄ tōno fruatur .xxii.
- Cur nō tota creatura in vno statu p̄maneat cū  
 in deo sit qui immutabilis ē. .xxiii.
- Responso ad reliquas q̄ōnes supra capitulo  
 .xix. p̄positas .xxiiii.
- Declaratiō sp̄ialis q̄ deus sit illocalis .xxv.
- Quomō xp̄us totus in celo totus in v̄ginis  
 utero .xxvi.
- Quomodo deus sit solus immortalis solus  
 inuisibilis .xxvii.
- Quomō homo ad dei imaginē & similitudines  
 sit creatus. .xxviii.
- Sōn aia tā multū videt in somniis .xxix.
- Quomō aia toto corpore diffusa in singulis mē  
 bris dicitur esse tota. .xxx.

- ¶** Cur vna anima sit docilior q̄ alia. ca. xxxj.  
**¶** Quid m̄gri foris laborādo aie conferant quid  
 intus veritas opetur. xxxij.  
**¶** Quid sit credere d̄ū et q̄d credere m̄ d̄ū. xxxij.  
**¶** Vtrū lux diei vel caligo noctis aie quid oferat  
 aut noceat. xxxiiij.  
**¶** Quō aie sanctorū intelligātur audire preces  
 vuentū et eis p̄ocinari. xxxv.  
**¶** Quomō intelligātur aie a corpe solui et iterū  
 reuerti ac visa referre. xxxvi.  
**¶** Quō resurrectō mortuorū sit p̄babil. xxxviij.  
**¶** Quō d̄ns et aie scōrū nūc m̄ celo ā sancti recess  
 ptis corpi bz ibi futuri esse credātur xxxviij.  
**¶** De triplici celo historialiter et significatiue  
 dicto. xxxix.  
**¶** De regno celorum quid vere sit et vbi sit esse  
 credendum. xl.  
**¶** De gloria corporū beatorū. xli.  
**¶** De gloria omniū scōrū oim et differenti gloria  
 singulorū. xliij.  
**¶** Cōcluditur q̄ sancti nō de sensibilibz rebz sed  
 de sumo bono deliciantur. xliij.

**S** Incipit p̄hemū libelli.  
Aperientia dei q̄ os muti aperuit. et rudibi  
li aiali hūana v̄ba formare tribuit. me  
q̄ nō solū sermone. s̄ etiā sciētia imperitum ad  
fandū impellit atq; p̄ se et de se intellecta alijs  
pie innotescē d̄pellit. **H**uius ḡ in st̄m̄ctu ad vtili  
tatē ut spero plurimorū d̄mitto iterū me corro  
dendū dentib; inuidorū. et forsitan d̄fouendum  
cordib; vite dilectorū. **C**um xp̄us dicat veritas  
et vita. **H**ec est vita eterna ut te solū sumū deū  
cognoscant. constat p̄fecto racōnalem naturā  
ad h̄ factā. ut factorē suū verū deū intelligat.  
intelligēdo diligat. et diligēdo in eo q̄ est eter  
na vita eternaliter beate viuat. diuinitatis ḡ  
essentiam racōnabiliter inuestigare. est ad vi  
tam eternam festinare. **H**anc vero negligēdo  
ignorare. est utiq; in d̄sm̄ter ad mortem p̄pe  
rare. qz mirum hic ab ea ignorabitur dum  
q̄nq; a beata vita sequestrabitur. **Q**uāobrem  
cū de hac p̄clara materia plurimi sanctorū pa  
trū multa glorioza conscripserint ip̄amq; rem  
simpliciorib; obscuro mō reddiderint libet me  
p̄ h̄c d̄densa q̄si quādā semitam stilo d̄planas  
re. qua infirmis intellectib; relicto erroris de  
uio p̄ planū vitatis liceat libere ambulare. **S**  
**H**ic quilib; mundus nebulosa facie michi for  
tassis occurrit. et virus diu s̄b limido corde cō  
rectū in me acerbiter euomit. **Q**uid tu inq̄ns

ligna filiis importare aut redūdanti mari vni-  
dam instillare conaris. Dum tam mordacis  
mordacē dentē hęc petra retūdat. et venenū ma-  
liciose euomitū in viscera ipsius denuo retorquē  
dū refundat. inuidia dyaboli intrant mors in  
orbē terrarū. imitantur illū q̄ sūt ex pte ipsius.

**I**nuide infelix q̄ aliena felicitate torqueris  
alieno damno depascaris. ip̄is rebus p̄bas te  
ex pte dyaboli esse q̄ inuides alijs qd̄ tu igno-  
ras scire. ac michi ob piū laborez collatū egris  
suspirijs ingemiscas. qd̄ tibi ob deficiam p̄mo  
ob inuidiam denegatū cognoscas. Age miser.  
poti⁹ lesterū virus q̄ torges euome. et salubre  
dilectōnis antidotū excipe. Si autē antip̄ris  
tūi virus tabescueris faueto. ego autē cū inuidia  
tabescente iter non habeo egregiā scripturarū  
filuā alacer ingrediēs. nō in eā ut tu venenata  
lingua asseris ligna deferens. sed p̄ciose vite  
lignum. iusticiā esurientibz de ea efferre cona-  
tor. et dulcem vite haustum vitam sitientibus  
de pelago diuine scripture effundere nō mora-  
tor. Omnes ergo fideles ad lignum vite curra-  
mus. cuius gustu in eternū bene viuamus. Li-  
bellus autē nomē cognitio vere vite sortiat̄ur.  
dum in eo vera vita tardioribus intellectu cog-  
nosibilis reddi videatur.

**C**omendatio materie q̄ tractat̄. **I**ca. p̄mū.

**I**fratres.

**G**ratias deo pro solvimus cuius dono per  
te in dubijs rebz certificari possumus.  
**R**inquidē ergo nos in h̄ ipm videas  
fluxisse ne ad priam tendentes in via lassabū  
di deficiamus pastu h̄ austuq; vite ut soles rez  
fice. et tēpus irremediabili cursu labile. nexibz  
qōnum figens. fac nobis stabile. ne su a volu  
bilitas nos ociātes inuoluat. sed tua affabilis  
tas in diuinis laborantes at semp manens euū  
sustollat. **M**agister Fructū ligni vite in ras  
mis crucis pendulum mecū alacres adite. fons  
temq; vite a vita quasi de loco voluptatis ma  
nantem. paradisum eccliam videlicet ortum delis  
ciarum irrigantem vnanimis haurite. cuius  
sapor si palatum cordis vestri indulcorabit. tes  
stor vobis q; vos cum eo euo p̄masuros de tor  
rente voluptatis sue qnq; satiabit. **F**ratres  
Cū carnalia sapientes. spūalia cogitare ne  
queamus. regnū celoz regionē clarissimā. omi  
opulentiā affluentissimā. in qua celestem iheru  
salē meritis atq; opibus inclitam vrtem p̄elas  
ram in hac quoq; deū quasi gloriosū regem. ans  
gelos velut milites vario cultu aspiciuos mēte  
formamus. idcirco poscimus ut racōe indaga  
te argumētis q̄ obstātia d̄primētibz. veritatez  
q̄ in tenebris latitātē ad lucē nobis p̄ducas.  
ac dñi ad quē videndum nos asseris factos  
quodāmō visibilē an̄ oculos cordis nr̄i cōstituas.

**M**agister **C**um deus omnipotens. solus im-  
mortalis. solus inuisibilis. solus incomprehensi-  
bilis lucem inhabitet inaccessibile. ego autem te-  
nebris vicioꝝ oblitus. terram caliginē inhabi-  
tem luci virtutū inadibilem. qualiter ineffabile  
lumen saucius aior oculis inferre poterō. qui  
cecuciente cordis oculo splendore tante maiestatis  
nullo modo intueri pualeo. **F**ratres **T**u-  
mitē p posse in illam rapi quatenus directa cali-  
gine merearis ab illa illuminari. nosq; per te illus-  
trari sic sepe videmus valles a montib; ubare  
solis irradiari. **M**gr **C**onator p virib; vos-  
bis oratib; ac logica pēute comitatib; argumē-  
tis. sequar veritate usq; in ipm vel ipius lucis  
inaccessibilis latibulū fugientē. ipaq; cedere  
pducam eā vobis indagantib; se ostendentē  
**F**ratres. **P**ia quidē tibi non dērit oracō. tm̄  
tibi sit pua dux veritatis racō. **M**agis opere  
quidē a te audire dēderamus qualiter in oīs  
mibus de deo cogitare debemus. ne forte infirma-  
mēs sibi pulchrū hōiem imaginetur et h̄smus.  
lachrū p vero deo decepta veneret. **M**gr **F**a-  
teor. altitudinis suscepti negocij magnitudi-  
ne victus succumbo. qz que utrūq; mente aspicio  
vel deipio vix verbis explicare sufficō. **E**xcedit  
enī longe p̄daroz phoz ingemū sumū qz sub-  
limitas huius rei q tractatur exupat omem  
intellectū qnto quippe magis omem creaturā



transgressus. conor eam diligētū intuitu stem-  
plari. tanto magis sentio eam ab aspectu intel-  
lectus mei elongari. **O**pera tamē dabo inquis-  
sionē vestre pro modulo meo satisfacere. put-  
ipe de quo agimus dignabitur noticiā sui de-  
terāti anime innotescē. vos autē ubi vires pōdē  
tante eminentie presse succumbūt. oportet fragi-  
litate ignoscere.

**D**eum nullo p̄dicamento p̄rie exp̄mi posse.

**F**ratres. **C**aplm. ij.  
**N**os quāto diligētius huius rei p̄p̄dīm?  
amplitudinē tāto ardētus optamus nobis eā  
vtrūq; fieri cognoscibilē et eius qualicūq; mō-  
intueri pulchritudinē. et ideo tibi libenti animo  
ignoscimus. si ea q̄ verbis nō vales saltē ex-  
plices nutibz. **M**gr. Sciēdū ḡ deū nullis ver-  
bis p̄rie exp̄mi. nulla posse ratione p̄prehendi.  
**Q**uō enī immensus et incōprehensibilis p̄dicat-  
re. si hūane locucōm vel meditacōm includē-  
tur. **N**unc autē patz q̄ sit ammirabilis cū om̄ibus  
cordibz sit incogitabilis. **D**ialectica nāq; disses-  
rendi potens potenter queq; dubia diffiniens  
cūctas scripturas euibrans et euiscerans cun-  
ctam humanam sapientiā annihilans. cum  
diuinitatē intendit tante maiestatis luce rep-  
cussa pauidū caput tremefacta reflectit atq;  
in abdita hūane sapiētie fugiens delitescit. dis-  
soluitq; filogismoz nexibz stulta obmutescit.

**R**emp̄e nomie ⁊ verbo cuncta exp̄mūt̄ q̄ sub  
deē p̄dicamētis hūano corde recipūt̄. **S**i q̄  
ex hīs nullū deo cōueniat p̄rie. manifeste ra-  
tio cōprobat. **N**ā si dixerimus q̄ deus s̄ba sit  
qui om̄ibz subsistere tribuit. et p̄ quē om̄es res  
esse habēt. mox v̄m̄salia ⁊ indiuidua de quibz  
s̄bt̄tia p̄dicatur ḡna et sp̄s in quibz versat̄.  
simul ⁊ nouē accidētia q̄ ei n̄c̄io inheret ammo  
occurrūt. **S**i p̄dicetur q̄ deus ip̄a maḡn̄tudo  
existat q̄ om̄ia in mensura ⁊ numero ⁊ pondere  
disponat. p̄tinus paucitas hūic quantitati se  
opponit. et sua exiguitate q̄d est sup̄ om̄ia ma-  
ximū cōm̄uit. **Q**uod si ip̄am bonitātē nom̄iem?  
vel hūmū bonū. qui cuncta valde bona faciat.  
statim malum hūic qualitati obuiat. et tanto  
bono se opponerē non trepidat. **Q**uod si creator  
vel d̄ns p̄dicetur q̄d v̄terqz ad aliquid salz ad  
mundū refertur. confestim relatio opponit an-  
mūdi institucōnem h̄c vocabulo eum caruisse.  
et h̄c relatiuū ex mūdi creacōne ei accidisse.  
cū racō astruat. nichil deo accidentale. sed totū  
quod de eo predicatur ei esse essenziale. **P**or-  
ro si v̄biqz totus dicatur et cuncta simul loca  
replere asseratur mox localitas clamdestime  
irrepens. illum loco includit. Si autem qui cū-  
cta pugillo claudit sempiternus predicetur  
et cuncta tempora disponere affirmetur. conti-  
nuo preterito p̄sens. p̄senti futurum succedere

festinat. et incipiū atq; finem eternitati asseribē  
nō formidat. Si vero dicatur q; om̄ia possideat  
et amētus liūne sicut vestimēto resulgeat. sta-  
tim cogitacō eū hoc habitu priuat. du amētū  
lucis vel possessionē rerum ab eo separat. **Q**uod si  
p̄ns ad esse p̄dicatur. cōfestim situs standi vel  
sedendi ymaginatur. **S**i autē v̄ muersa regere  
videatur actus laboris eternā requiē annullas  
re conatur. **P**orro si affirmetur patiens mala  
nostra sufferēs. ilico passio se immergit. et im-  
passibile pati cōtendit. **H**is quippe decē cūcta  
humana locutio includitur. et ab om̄ib; h̄is  
pprietas sūme essentie euidenti racōne penitus  
excluditur. **C**ūcta etenim que vel oppositōem  
vel contrarietate vel accidēs suscipiūt nulla racō-  
ne pprie deo cōueniūt. **I**gitur cū racōne repu-  
gnate nichil pprie de deo loqui valeamus. saltē  
improprie et p̄ emigmata de eo loq; satagamus.

**Q**uedā racōne quedā vero fide eē p̄banda.

**F**ratres.

**C**a. iij.

**V**idens quidem racō docet deum humanis  
verbis medicibilem sed intellectualis mēs  
inbianter desiderat eū sibi utcūq; fieri cognos-  
cibilem. que mens instar speculi anime videt.  
in quo ipsa ymaginem creatoris sui cōtēpletur.  
**M**̄ v̄ muersa que in reb; creatis nouimus  
per corporeos sensus cognouimus. et ea quis-  
dem que nec visu nec experientia didicimus p̄

compaōnes visoz vel expertoz scimus ut q̄  
de bestijs vel ignotis hoibus legimus. q̄ autē  
penitus nobis incognita per opaōnes notas  
nō signātur. nunq̄ p̄fuis sciētie n̄re notifican-  
tur. Et ideo q̄ spūalia sūt nobis inuisibilia atq̄  
corporeis sensibz incompatibilia. nūq̄ erūt nob̄  
aliq̄ racōne pbabilia. q̄ v̄ro h̄c cōstat esse. s̄  
p̄ similia edoceri nequeūt. fidē tm̄ credentiuz  
exigūt. **F.** Que racō argumētis p̄bat quāq̄  
in opaōne deficiat. necē ē ut racōnalis quisq̄  
credē nō renuat. tu tm̄ p̄fer quid de spiritibus  
sentiēdū tibi racō innuat.

**S** pūs sex mōis d̄r in sc̄pturis. ca. iij. **M̄gr.**

**S** Ex modis in sc̄pturis spūs s̄baliter d̄r. s̄  
nescio a vob̄ b̄n̄ sc̄ri. **P**rimo. sūmus oim̄  
deus spūs appellatur ut ibi. spūs est deus et q̄  
adorāt eū. in spū oportet adorare. **S**ēdo. angeli  
spūs nūcupātur ut ibi. qui facit angelos suos  
spūs. **T**ercō. aie spūs nomiantur. ut ibi. exhibit  
spūs eius et reuertetur in terram suā. sc̄z caro.  
**Q**uarto. vita brutoz aialiu spūs vocatur. ut  
ibi. quis scit si spūs iumentoz descendat deorsū  
**Q**uinto. venti spūs dicūtur. ut ibi. spūs p̄cella-  
rū. **S**exto. aer spūs dicitur. ut ibi. os meū aper-  
nui et attraxi spūm. **Q**uoz diffinico talis est.  
**A**er est spiritus sensibilis non sensitivus id ē  
quē nos attrahēdo sentimus. ip̄e nichil senties  
cūctis tm̄ sub celo viventibz spiramē exhibens.

**S**entus spūs. est aer dei nutu aliquo mō agi-  
tatus. p cellis aquarū augmētatus. p angelica  
mmisteria excitatus. p eadē trāquillatus. **Vi-**  
ta aut̄ brutoꝝ aialū. est spūs vitalis cōstās de  
aere ⁊ sanguīe inuisibilis s; sensibilis. memoriā  
habens sed intellectu carens. cum carne mori-  
ens in aerem vero euanesceus.

**A**nima quid sit.

**Ca. v.**

**A**nima vero spūs est. s; incorporea. coz-  
pons vita inuisibilis. sensibilis. mutabilis. illo-  
cabilis passibilis nec quātitatis mēsure nec  
qualitatis forme vel coloris susceptibilis racō-  
nalis memorabilis intellectualis immortalis.  
et ne hęc diffmicō vacillet racō eā p̄bacoib; ro-  
tozet. **A**ia ē s; a. **O**mē enī qđ aliū vitam s; mīm-  
strat. ipm necesse ē ut subsistat. **S**; aia cozpi vi-  
tam tribuit. igitur aia realiter subsistit. **H**anc  
vero vitā ipam p̄bat. dū p̄ntia sua corpus vi-  
uificat. absētia sua itē mortificat. **H**ec nobis  
quidē ē inuisibilis. spiritib; aut̄ visibilis. **H**anc  
etiā sensibile ēē cōstat. dū oculis colores. aurib;  
sonos. narib; odores. palato sapes. manib;  
aspera vel lema sentire prestat. **E**st quoq; mu-  
tabilis. **O**mē enī qđ peioratur vel meliorat̄ mus-  
tabile est. sed anima vicis peioratur virtutib;  
melioratur. igitur mutabilis est. **E**st etiā illoca-  
lis. **O**mē enī qđ loco includiet̄ et altitudine lō-  
gitudine latitudine aeris circūscribit̄ corpus ē.

Sed ratio docuit aiam esse incorpoream id est nec  
corpus nec aliquid membrum habere. ideo constat  
eam illocaliter esse. non enim spatium aeris ut corpus  
occupat. nec corpus ut aqua utrem implet. si  
ut calor illocaliter totum inest. ita aia totum  
corpus possidet. Igms quidem est visibilis. sed  
calor invisibilis et sensibilis. et quodammodo  
igne vivificans. ita aia invisibilis sed sensibilis  
visibile corpus quadam occultavi sensibilis  
Hec quoque est passibilis. Omne enim quod merore  
afficitur passibile est. Sed aia dum sine voluptas  
tis compos non efficitur dolore mesticie afficitur.  
ideo passibilis esse conuincitur. Ab hac quanta  
titas excluditur dum nec altitudine vel latitudine  
ne aut longitudine metitur. nec sex circumstantiis  
ante et retro dextrosam et sinistram sursum et deorsum  
includere se patitur. Qualitas etiam forme vel  
coloris ab hac secermitur dum nulla forma vel  
humani corporis vel ullus colorat rei illi ascribitur.  
Hec est memorabilis quia praeterita recolligit.  
est rationalis quia praesentia discernit. est intellectualis  
quia futura intelligit. Hanc immortalis hinc  
constat. quia memoria sui apud posteros peniter  
durare laborat. Quid sit angelus. ca. vi.

Angelus autem spiritus est substantia incorporea invisibilis  
sensibilis rationalis intellectualis  
immortalis. bonorum lucida et impassibilis. materialium  
terra et passibilis. Sed videndum est utrum

aliqua substantia talis in rebus creatis esse credatur. cum a nobis nunc videtur. Anglos esse ipsa insensibilia probant. quae tam certa sui motus lege observant. Omne quippe quod movetur. aut motum a se habet aut aliunde. Sed omne quod motum a se habet est sensibile ut anima. quod aliunde est insensibile ut corpus. Quod si sol luna sidera per se moventur vel ratione vigere videtur quae tam certa tempore tam certa caeli spacia custodiunt et quodammodo intellectum huic mundo lumine vel signis innuunt. haec quae rationabilia vel saltem sensibilia corpora arbitratur iure sensu carere inter irrationabilia computatur. Cum autem vere sint corpora visibilia haec motu carere utputa insensibilia. et tamen moveantur constat profero quod aliunde moveantur. Restat igitur ea per angelica ministeria moveri similiter ventos. pluuias grandines fulgura tonitrua tempestates auras iussu dei per illos moveri qui dubitat et ea sensibilia putat huic rationi stultum cum insensibilibus refutat. Bruta quoque animalia visibilia humanis per illos secundare vel aduersari quae non credunt. aut illa per rationis intellectum haec facere credunt. longe a ratione recedunt sed et cuncta quae in rebus insensibilibus vel creaturis geruntur per illos administrari qui ambigit multum a luce veritatis desipit. Igitur constat angelos vere esse. et cuncta nobis occulta patenter nosse. Sed hoc differt inter illorum et nostram scientiam.

q̄ ipsi om̄es causas rerū anteq̄ eueniāt p̄seūt.  
nos aut̄ vix cum magno labore inuestigamus  
eas postq̄ res in actu constant.

**E**ngmatica diffinico dei.

**Ca. vii.**

**P**ro sumus sp̄s sicut a nullo intellectu  
valet p̄rie cogitari. ita nulla diffinicoe  
poterit p̄rie diffiniri vel determinari. Sed quia  
intellectualis mēs eū utcūq; agnoscere anhelat.  
hec engmatica diffinitio interim ei sufficiat.  
Deus sp̄s est essentia inuisibilis om̄i creature  
incomprehensibilis totam vitā. totā sapiētā. totā  
eternitatē simul essentialit̄ possidēs. idē ipa vita  
ipa sapiētā ipa veritas ipa iusticia ipa eternitas  
ex̄ns. om̄em creaturā in se p̄cti in se cōs̄  
nens. Si aut̄ aliquis inhiēs tm̄ desipiat ut deū  
esse diffidat. hūc solum vere esse et alia om̄ia  
ab ip̄o habere esse hac racōne colligat. Om̄is  
s̄ba aut p̄ se s̄b̄sistit aut p̄ aliud. S; hūc mūdū  
nō s̄b̄sistē q̄ cōtendit. hic fatuus est in nichilū  
tendēs. Mūdū aut̄ non per se s̄b̄sistē constat.  
dū eum cepisse racō doceat. partib; enī constat.  
Om̄e quod partibus cōiungitur vel in p̄tes res  
soluitur ab aliquo utiq; cōiunctōem uel reso-  
lucōne patitur. Mundus ergo non per se s̄b̄-  
sistit. et ideo sequitur q̄ creatura sit. Creatura  
autem ad aliquid scilicet ad creatorē refertur.  
Solutus autem creator per se ipsum et in ip̄o  
existit. om̄is autē creatura p̄ ipsum s̄b̄sistit.



**S**i enim ab illa esse habet. tunc ideo maius est  
a quo hoc habet quod deo inconvemientis est. et cum  
nichil propter creatorem et creaturam existat. si de-  
us per seipsum esse non habet necessario sequi-  
tur ut per creaturam existat quod inconvemientis  
simus est. **A**mplius substantia mundi in diversa  
genera et in differentes species dividitur. et in  
singulis hijs bonum inveniuntur. **O**mne enim utile  
est bonum. uniuersa quippe utilia considerans  
tur. et ideo singula bona comprobantur. **O**mne  
autem bonum aut per se est bonum aut per aliud. **S**i  
diversa bona participacione unus boni bona  
esse necesse est. **D**iversitas quippe recipit ma-  
ius et minus. **N**am quantum ad genus bonitatis  
lapis est minus bonum qui tantum est et non vivit.  
lignum maius bonum quod crescendo vivit.  
equus illo melior qui vivit et sentit. plus equus  
melior est homo qui vivit sentit et ratione dis-  
cernit. **R**estat ergo hijs maximum et summum  
de quo omnibus inferioribus profluat bonum. et  
hoc bonum deus est. de quo quasi de fonte cuncta  
bona profluunt et in eundem cuncta refuunt.  
**H**ic solus vere est. ideo veritas est. **O**mne enim  
quod est. verum est. quod vero non est. falsum  
est. **S**ed deus vere est. ideo veritas est. **C**reatur-  
a autem ei collata quasi non est. et ideo quasi  
falsitas ad veritatem est. **O**mne enim quod ex  
nichil esse cepit. in nichilum redigi poterit. **S**ed

omnis creatura a nichilo ab eo pducta. ad ali-  
quid esse e pducta. igitur si ei copatur. nichil  
esse pprobatur. Nulla ergo mens deū esse dubi-  
tet p quē alia cūcta esse cōsiderat. huius essen-  
tia est vita. Omne eni qd est. aut vuit. aut vita  
caret. Omne aut qd vuit. aut p se vuit aut per  
aliud. s; deus p seipm 7 in seiplo vuit. et omibz  
alijs vivere tribuit. Igitur vera est vita. et vita-  
lis veritas. Seipm q; 7 totam facturā suā sapit  
et intelligit. cui nichil ē aliud sape q; vivere et  
esse. Igitur sapiētia ē. Seipm etiā et omem cre-  
aturā diligit quia iusticia est. et hanc increatā  
iusticiam non aliunde accipit. ideo iusticia et  
dilectio existit. Incio 7 fine caret. pteritū 7 fu-  
turū non habet ergo eternitas est.

**S**cala creaturarū ad cōtemplandū creatorē.  
**Q**uoniam itaq; ratio domini veraci-  
ter esse pbauerit 7 hūc vitam sapiētiā  
veritatē iusticiā eternitatē veris assertiombus  
essentialr esse docuerit. restat nūc ut ad hūc qd  
vidēdū aliq; fenestrā aperiā p quā mēs quol-  
dā gradus scandēs pficiat q̄tenus regē glorie  
in decore suo videre preualeat et pedetentim  
racō p corporalia gradiatur ne infirmus intelle-  
ctus p ardua nitens difficultate confractus  
relabatur. **I**n p̄mis ergo hūc corporeum so-  
lem mente consideremus. cuius magnitudine  
totū mundi orbem illūari videmus post hunc

milia milium angelorum deo ministrantium attendamus. quos singulos ratione monstrante septies primo ceteris sole splendidos sciamus. nam hic sol est minister mundi. angeli autem templum dei. Quatum ergo differt templum dei a seruo mundi. tantum differt claritas angelorum a claritate solis. Deinde decies milies centena milia sublimium angelorum deo astantium perpendamus quos singulos ceteris primo milies pro sole clariores pro certo noscimus. Sicut enim luna stellas. sol lunam in claritate excellere cernitur. sic quilibet superior ordo angelorum inferiori ab angelis usque ad seraphim. gloria. dignitate. claritate excellere creditur. Post hoc inspiciamus innumera merabilia sanctorum ammarum quas singulas longe sole lucidiores angelis beatitudine et claritate coequandas non dubitamus. Tot et tantis luminibus singulariter consideratis. singulorum etiam magnitudinem contemplemur. quatenus ad hoc quod intueri anhelamus facilius subleuemur. Cogitemus itaque animam splendidum ignem cuius minima sanctilla ratione instruenta vincat hunc solem. Omne enim quod ab alio includitur. minus esse eo quod se includit de necessitate conuenitur. Sed cogitatio anime que eius sanctilla est non solum hunc solem. sed totum mundi spacium breui ambitu includit. et totus orbis eam minime circumscribit. igitur astat quamquam animam toto mundo longe maiore fore.

Angeli aut̄ sicut ab aiabz beatitudine. ita etiā  
differūt magnitudme. **H**ic nemo magnitudi-  
nē corporalis q̄ntitatis intelligat. si illā potius  
intellectualem que **h**ūc corporeū mundū et cū  
eta in eo corporea ad paruitatē redigat. **H**inc  
iam mens se in alta eleuet. cor suū quātū pt di-  
latet tot luces inestimabili claritate in cōparabi-  
li magnitudme resplendentes sub se p̄spiciat.  
**S**up se vero quandā ammirabilem luce que oim  
illarum luciū lux sit incendat. que sic sup tot et  
tātas luces longe refulgeat. sicut sol sup omēs  
stellas. lucet. cuius lucis inestimabilez magms-  
tudmē et ammirabilem et incōparabile pulchris-  
tudinem. ille tot tātas luces iugiter amirētur.  
et in cuius affluentissimā dulcedmē indefesse  
p̄spicere delectētur. **H**ec p̄fecto est lux inac-  
cessibilis quā inhabitat essentia dei. solis mun-  
dis cordibz visibilis. **N**ullus cogitet h̄ luce dēū  
quasi tabernaculo hoiez circūdatū. quasi aliud  
sit deus qui lucem inhabitet. sed potius ipsam  
essentiam dei sciat in qua vniuersa bona simul  
locata intelligat. **H**ec est lux que angelos et  
animas in celis sua visione satiat. **H**ec est que  
mundicordes in contemplacōne illūinat. **H**ec  
est que solis lucernam in mūdo amoratibz vt  
candle lumen in carcere positus p̄stat. qua  
de tenebris ad lucem. de morte ad vitam. de exi-  
lio ad patriam remeare possunt.

**C**ōmendacō p̄taetē dēplacōis. **Ca. ix.**

**E**rgo in oracōne mens vestra taliter dē  
cōtempletur. taliter intentio v̄ra ymagi-  
nem eius meditetur. scz talē lucē q̄ sic sup solē  
ut sol sup cādēlam resplendeat ymo talē que  
sic sup innumera angeloz et aiarū milia p̄ sole  
milies splēdida ut sol sup sydera refulget. **Nō**  
dicitur in canonica iacobi. **O**mne datū optimuz  
et omne donū p̄fectū desup ē descēdēs a p̄re lumi-  
nū. **Nō** multū quippe a veritate oberrat. qui tas-  
lem dēi ymaginē ante oculos cordis in oracōe  
versat. **H**ec p̄ns visio dēi facie ad facieꝝ regnū  
celoz vocatur. quia extra hoc corporeum celum  
ymo extra omem locum angeli et iusti qui celi  
nomiantur hac visione fruūtur. **I**deico etiam  
q̄uis deus in omibz creaturis essentialiter cres-  
dat manere. **p̄**pe t̄m in celis id ē in iustis habi-  
tare p̄dicatur qz ipi mhabitaōne eius fruēdo  
sentiūt et eū omibz rebus inesse gaudētes cō-  
spiciūt quē sibi mime adesse cognoscūt q̄ ter-  
rena diligūt. **S**icut eni videns ⁊ cecus in sole  
positi. vidēs eo fruitur. cecus eius lūne p̄uatur  
q̄uis p̄ntia solis vtriqz eque assit. tamen eius  
p̄sentia nō equaliter vterqz sentit. **S**ic deus hōi  
t̄m mhabitare dēi. qui eius p̄ntiā facie ad facie  
vidēdo ut angeli. aut p̄ dēplacōem speculari-  
lando vt iusti in hac vita fruuntur. **I**n hōis  
autē nō esse dicitur qui eius visione priuantur

vnde ⁊ regnū celozū intra nos esse p̄dicatur. q̄  
visio dei om̄ipotētis q̄ regnū celozū id ē iustoz  
nomiatur. in angelis ⁊ iustis cōtemplatur. **H**ec  
etiā vita eterna appellatur. q̄ beati p̄ntia inde-  
ficientis vite plene p̄funduntur et nunq̄ nec  
morti nec illis doloribus ministris mortis sub-  
iacere p̄mittuntur. ad hōc enim creati sunt ut  
eternaliter viuant. et eternam vitam eternali-  
ter aspiciāt. **H**ec quoq̄ celestis ciuitas nūcu-  
patur. q̄ vnanimitas illoz ciuū ad videndū  
regē glorie in decore suo cōgregat. **H**ec nichil-  
ominus iherlīm cōgnomiatur. q̄ visione sp̄ ma-  
nentis pacis satiat. **H**ec paradisi vocat̄. q̄  
om̄imoda gloria oim̄ deliciarū iocūdatur. **H**ec  
q̄ sup̄na p̄ria noiatur. q̄ om̄es iusti hāc visio-  
nem ut puta filij dei hereditare nō dubitāt. **C**ū  
ḡ scōs in oīone muocatis. sic oportet de hīs co-  
gitare cōstitutis in gloria eterne claritatis. sc̄z  
splendidissima lūna longe p̄ solis fulgore lu-  
centia. q̄ om̄ia bona plenitudinis in visione dei  
habeāt ⁊ cūctis se muocātibz potētē sbueniāt.  
**F** Sol eternus ad quē vidēduz nos tua dul-  
cis oīo p̄duxit ⁊ cuius serena lux i cordibz nr̄is  
p̄ tua verba illuxit. ip̄e de tenebris te exemptū  
in lucis regione cōstituāt. et inter lucēs quas  
p̄dicat te lucētē luce sue visionis p̄hēnter frui  
tribuat. **M** Si q̄d p̄ me p̄babile fertur nolo  
ut inde michi. s̄ deo cuius donū ē gr̄a referatur.

qui sepe per abiectos seruos ad hereditatem  
sue uisionis filios suos conuocat. et per hostes de  
exilio ad patriam iter salutis amicis prenotat. Et  
bene nostis deformem aliquando formoso specu-  
lum ymo cecum uidentibus lumen tenuisse. ac  
claudum sans gressu uiam ostendisse.

**De trinitate personarum et substantie unitate.**

**F**ratres **Capitulum. x.**  
**D**os quo adiuuimus perhenes deo gratias  
referimus. cuius uisio nobis per te innotuit. et  
qui talem thesaurum carnalibus absconditum per  
te nobis protulit. Sed quia pondus carnis am-  
mam aggrauat ecce iterum cogitatio carnalis  
mentem diuinam a contemplatione pulsat. Cum  
enim superius ratio unum deum uerissime esse demon-  
strauerit et ipsum solum cuncta ex nichilo fecisse  
probauerit. Quomodo quasi tres deos adorare de-  
mur. dum patrem perfectum deum. filium perfectum deum. de-  
inde spiritum sanctum perfectum deum agnoscere monemur.  
Dum enim sic distincte tres persone distinguuntur.  
quid aliud quam tres domini a nobis intelliguntur.

**M.** Ipsa ueritate se demonstrante et ratione pro-  
bante citius uidebitis necessariam in una essentia  
personarum trinitatem. et nichilominus per omnia ne-  
cessarium in tribus personis in diuina substantie unitate.

Cum iam superius de eo loquerer enigmatica quod non  
poteram proprie quid dixi essentiam dei esse. **f. luce.**

**M.** De luce quid gignitur? **f. Splendor.**

• **M** Quid in luce et splendore simul considerat.  
• **f** **C**alor. **M** **R**um in sba lucis splendoris  
et caloris inuenitur diuersitas. **f** **R**o. h. ydem  
pitas. **M** **R**um in uocabulis uel offiens pdi  
catur ydepititas. **f** **M**imime. h. diuersitas.  
**R**a lucis uocabulu ipam sbam. **S**plendoris uoca  
bulu lucis gram. **C**aloris uero uocabulu uidet  
expmre lucis efficaciam. **M** **T**uc patet tria  
diuersa uocabula vna ostare in diuina essen  
tiam. **f** **P**er omnia patet. **M** **S**umu spum  
premluce appellari habetis in aplo. **D**eus lux  
est et in eo tenebre non sunt uelle. **S**umu qz spum  
filii splendoris nuncupari habetis in aplo. qd est splen  
dor sbe eius. **S**umu nichilominus spum sanctu.  
calore noiri habemus apud moysen. **D**eus nr  
ignis est. **C**u igitur lux splendor calor. sit vna na  
tura et in diuina sba. uocabula uero diuisa. co  
stat pfecto patris et filii et spum sancti vna natu  
ra in diuina qz essentia. du in eo qd hgt qd he  
sbaliter. spum in eo noiriatur. **I**tem in psons di  
ueritate necru du pr gignens. filius nascens.  
spum scus ab utroqz pcedens pdicat. **f** **P**la  
ne trinitate in psons pspicue uidem. et necru  
in sba vnitatem euidenter tenemus. **M** **I**deo vi  
gilantissime hec duo noia scz sba et psona diuine  
essentie coaptant. qz sp sba de in diuina pdi  
catur i psonalitate dicitur. psona aut de in diuina  
duarum rationum natura pdicat. cu nos soleamus p



sonis p[ro]p[ri]etate. s[ed] a[ut] de h[uius]modi essentia v[er]itate

**C**ur pater n[on] m[ater] et filius n[on] filia d[icitur] s[ed] h[uius]modi v[er]bi  
nom[en] obtineat. **F**ratres. **Ca. xj.**

**Q**uia similitudine vocat[ur] eterna lux p[ater]. **M.**  
Quia ex se prolem sibi equalem genuit.

**F.** R[ati]one sibi magis m[ater]is nom[en] d[ebet] d[omi]nare vid[etur].

**M.** In p[re]s[ent]ia s[ed] p[ri]ncipalis causa p[ater]is. et ideo  
a p[ri]ncipali sexu debuit iure h[uius]modi no[m]i[n]e appellari. **F.**

Quia similitudine d[icitur] gignere. **M.** Tertius e[st] q[uod]  
m[ater] gignit cogitac[i]o[n]e. cu[m] aut[em] m[ater] seip[s]am cogit  
gitat. q[ui]a alia sibi simile generat. Sic sum[us] deus  
cu[m] seip[s]um tale[m] q[ui]lis est cogitavit. p[ro]culdubio si  
mitem sibi p[er] omnia ymagin[em] generavit. et sicut  
gignens iure pater vocatur ita rectissime ge  
nitus filius nominatur. **F.** Si deus filiu[m] genuit  
videtur aliq[ui]d fuisse q[uod] filiu[m] n[on] habuerit. et hoc  
nomen ex accid[en]ti accepit. q[uod] si hoc ita est supe  
rior p[ro]latio labefactatur. qua deo nichil accid[en]s  
tale sed totu[m] essentialia p[ro]dicabatur. **M.** Ta  
rac[i]o docuit dei essentia[m] vitam eternam michi et  
et hinc nesciam. q[uod] si hoc singulariter vera vita  
absq[ue] inicio semper fuit. constat q[uod] absq[ue] inicio  
semper se vivere intellexit. quod si se vivere non  
intellexit sapiens non fuit q[uod] nephas e[st] de deo  
dicere. **Q**uod si aliq[ui]d sapientiam aliunde accepit  
qua prius caruit. tunc id a quo tantu[m] bonum  
accepit deo melius extitit. quod absurdissimu[m]  
e[st]. **S**i si sempiterna vita se se vivere intellexit.

hec intelligentie sapientia non aliunde ei accidit  
sed sp ei coessentialis fuit. quanq̄ h̄ac ex se ut  
plem suā ineffabiliter genuerit. igitur pater  
nunq̄ sine filio existit. **F.** Qua similitudine  
splendor eterne lucis filius vocatur et nō filia?  
**M.** Quia p omnia similitudo p̄ris in eo ex-  
mitur. vñ ⁊ similitudo eius dicitur. Nichil eni  
in rebus creatis ad integrū similitudinē eius  
seruat a quo nascitur. capilli nāq̄ a capite nati  
sūt dissimiles. poma ab arboribz nata illis dis-  
similia. lana dissimilis ouibz. fetus aialium vel  
ip̄i filij h̄oim. nō p omnia similes qualitati genis  
eor. hic autē p omnia gignenti ē similitudis. et  
ideo verissime nō filia sed filius. **f.** Qua autē  
habitudine filius verbum vocatur? **M.** Tri-  
pliciter verbū intelligitur verbi gr̄a cū hoc ver-  
bum homo ore p̄fertur. aut cum idem verbum  
in corde absq̄ motu lingue formatur. aut cum  
ip̄a res quā significat illud verbū homo. qualis  
sit intellectu cogitatur. hoc t̄cō mō deus verbū  
suū genuit. cū seip̄s cogitando dixit. et quia  
totam mūdi formam facturū cogitacōnem  
dixit. ideo dicitur q̄ omnia in verbo suo fecerit.  
Vnde et de creatōne mūdi legitur. ip̄e dixit et  
facta sūt. nichil eni aliud est filius vel verbum  
dei q̄ cogitatio vel ars vel sapientia eius. Rem-  
pe cum nos aliquam rem cogitamus. ip̄ius rei  
ymaginem in nostra cogitacōne formamus.

Sic deus cū seipm cogitauit simile sui imaginē  
p omnia formauit. Et ideo hoc verbū ymago vel  
similitudo dei dicitur. s. nichil aliud mli eadē essentia  
expmitur. vñ 7 h verbū dicitur q̄si vere tonū.

Quomodo creatura in deo vita esse dicatur.

**¶ Fratres.**

**¶ Ca. xij.**

**Q**uomodo dicitur omne qd factū sit in ipō vi-  
ta fuerit. Num lapides q̄ stolidi sūt in verbo dei  
vuiūt. **M.** Omnis creatura tripharie subhistē  
di. in deo. in seipā. in nobis. In deo vita immutab-  
ilis. in seipā sba cōmutabilis. in nobis simili-  
tudo rerū ymaginabilis verbi grā lapis in se  
ipso est sba mutabilis qz in calcem auertibilis  
In nra cogitacōne similitudo lapidis. in arte  
dei essentia intermiabilis. vite durabilis. Cū enī  
artifex domū facē cogitat. iā domus in ipā arte  
vuit quā postmodū manus edificat. s. illa quā  
manus erigit corruet. illa vero q̄ in arte vuit p  
manet. Nichil enī est aliud ars q̄ aīa. cū aīa nīl  
aliud sit q̄ vita. Sic vbu dei nīl ē aliud q̄ ars ei⁹  
et ars nīl aliud ē q̄ ipā vita. In hac cūcta immu-  
tabilit̄ pmāebūt. q̄ in sba sui mutabilia deficiūt.

**¶ Quō psona filij sola sit incarnata. ¶ Fres.**

**Q**uomodo euidēs racō idē verbū cū **¶ Ca. xij.**  
patre 7 spiritu vnā indiuiduā substan-  
tiam inexpugnabiliter probauerit quomodo  
solum incarnari potuit. Si enī a patris et spūs  
essentia ē sepatuz 7 sit singlariter in hūanitate.

constat pfecto q̄ p̄ris ⁊ filij et sp̄s sancti s̄ba  
nō sit induidua. que potuit pati sepacōis dis-  
crimia. **M.** Sicut sempiterna virtus diuini-  
tatis p̄ ea q̄ facta sūt aspiciuntur potest intelli-  
gi sic h̄c p̄fundū m̄m̄s occultū per ea q̄ in nobis  
gerūtur racōe p̄scrutante poterit inspici. Notū  
est enī q̄ humana mens verbū cōmūis locuti-  
ōis ex se cogitādo gignit. et in d̄ verbū in mē-  
te et memoria simul vna essentia existit. Cū ve-  
ro mens verbū suū alijs innotescere cupit cum  
eādē cogitacōne q̄ nichil aliud ē q̄ verbū suū.  
et cū memoria disponit q̄ idē verbū corpus vo-  
cis induat et auribz audibile. et cordibz audi-  
entiū visibile p̄cedat. et etiā l̄ris corpus suū  
ligari ⁊ videri p̄mittit. et tamen inuisibile man-  
ens de essentia mentis et memorię nō recedit.  
**N**on ergo mens neqz memoria sed solū verbū  
singulariter sonuit p̄ corpus vocis sensibile.  
et tñ inseparabiliter mansit in essentia mentis et  
memorię inuisibile. **S**ic sumus pater verbū suū  
seipm cogitādo genuit qd̄ in p̄ris ⁊ sp̄s san-  
cti essentia simul coessentialia subsistit. s̄ tamē  
nec pater nec sp̄s sanctus. s̄ solū verbū qd̄ ē  
p̄ris filius singulariter hūanū corpus induit.  
sensibile se hominibz prebuit. corpus sumptus  
indigna pati permittit et ipm inseparabiliter in  
essentia patris et spiritus inuisibile et impassi-  
bile permanit.

**Q**uò amor dei spūs scūs dicatur ⁊ quò inseparabilis sepabiliter i igne apparuit ⁊ colūba.

**Frates.**

**Uca. xiiii.**

**Q**uia autē similitudinē amor dei spūs scūs nō naturē. **M.** Dei essentiā dixi eē vitā. vera autē vita se viuere intelligit. et si se vitā intelligit se utiq; diligit. Dei autē viuere intelligere diligere nichil aliud ē q̄ existē. Dilectio ḡ dei est vita. et vita est spūs et q̄ deus p dilectōem cūctis eē vel viuere tribuit. idcirco spūs nūcupat. **I**deo autē sanctus additur. q̄ cūcta p eū sanctificatur. **F.** Qualiter pbatur hmōi spūs a patre et filio pcedēt. **M.** Nichil aliud spūs scūs q̄ amor dei intelligitur. vnde et deus caritas d̄.

**C**ōstat autē q̄ p̄ filiū ⁊ seipm diligit. et itē fili⁹ p̄m tanq̄ semetipm diligit. vita nāq; diligit se sape. et vita i sapia diligit se viuere. **V**ite autē et sapie pbata ē vna eē essentiā. ḡ dilectio vel amor vel caritas qd ē spūs scūs in sba p̄is ⁊ filij coessential' existit. et ideo ab utroq; pcedit. **F.** Si spūs scūs p̄i et filio coessential' existit quò ibi indiuidua sba separari potuit cū in specie colūbe sup dñm vel i foīma ignis sup aplos apparuit. **M.** Sancti spūs sba nō ē in colūbā vel i ignē t̄smutata sic nec sba x̄bi in carnē t̄smutata ē. **S**z spūs scūs colūbe corpus addidit in q̄ se ad horā super corpus sibi inseparabiliter vniūtum ad testimōniū hominibz visibilem pbuit.

ipse vero inuisibilis in essentia patris et verbi  
inseparabiliter mansit. **A**mmas q̄ discipulorū  
interius possidens foris specie ignis vel lūmis  
oculis hominū p̄ signo exhibuit. et tñ a substā  
tia patris et filij non recessit. profecto insinuans  
q̄ pater et filius p̄ eum peccata consumūt. et in  
eoy amorem hoim corda p̄ ipm accendūt. et q̄  
impios per eum iudicabunt. iustos vero luine  
vite in ip̄o glorificabunt.

**¶** De equalitate p̄sonarū et cur magis s̄b ver  
tatis vocabulo veneratur q̄s aliarū virtutū ve  
pote misericōdie aut iusticie. ca. xv. **¶** Fratres

**Q**uomō constat has personas esse equa  
les. **M.** Deus est summa vita. summa sapi  
entia. summa dilectio. quantū ergo vita vivit  
tantū se intelligit. et tantū se diligit. Si enim  
non tantū se intelligit quātum vivit nequa q̄  
summa sapiētia erit. et si nō tantū se diligit quā  
tum se intelligit. summa dilectio minime existit.  
**S**ed cum ip̄ius substātia verissime sumū bonū  
sit. summa autem vita et summa sapiētia et summa  
dilectio non nisi in summo bono inueniri possint.  
necessario sequitur tres p̄sonas patris gignēs  
tis. filij geniti. spiritus sancti p̄cedentis per  
om̄ia esse equalēs. et in vna eadēq̄ individua  
substātia sumū bonū existētes. **¶** **F.** Cur in hōis  
vocalibus magis veritas venerat̄. cū misericōdia et  
iusticia et cetera virtutes eius eēntie assignentur

**M**gr. Quia illa sūt ei pprie sū se substātia  
lia. ista vero sū nos ei accidētalia. Misericors  
namq; inde dicitur qz miserū cor habeat. sed  
oīem miseriam longe a deo esse racō probat.  
**I**ustum aut hūana locutio nemiāt. qui bonis  
bona. malis mala recōpensat. Verum quia deus  
miseris in miserijs subuenit nomen misericor  
dis et misericordie accipit. quamuis si nunq;  
aliquis miser fuisset cui misericordiam impen  
deret non minus tamē in substantia sui ipa mi  
sericordia existeret. Quia vero iustis largitur  
prema iniustis irrogat supplicia. iuste voca  
tur iustus vel iusticia tamen si nullus foret cui  
vel gloriā vel penam impenderet. non minus  
iusticia ipse existeret. de ceteris virtutibus sic  
sciendum est.

**S**i nullus miser esset vel dānatus adhuc deus  
suam misericordiam et iusticiā posset oīdere.

**F**ratres.

**Ca. xvj.**

**H**inc maxima videtur questio suboriri. si  
misericordia dei non potuit dīosci nisi p miser  
ros. et iusticia eius sciri nisi per damnatos. vi  
detur inevitabiliter sequi quosdam necessario  
miseros factos per quos misericordia manife  
staretur. Quod si ita est. tunc frustra predica  
bitur malum nichil esse. cum nichil possit peius  
excogitari. qm miseria et damnatio. et si hoc per  
validissima racōnis argumēta nō infirmabile.

iam deus fumum bonū mīme cognoscatur p̄ me  
auctor esse tanti mali cōuincitur. porro si noluit  
vel nō potuit cōdere suā misericordiam mihi in miseri-  
tis. iusticiā mihi in damnādis. quis non videat  
sequi eū malivolū vel impotentem. in vno q̄  
bonū mihi p̄ malū cōdere noluerit. in altero q̄  
aliter facē nō potuerit. **M** Quis temens ter-  
p̄sumat dicere misericordiam et iusticiā dei mihi p̄ mis-  
seros et dānandos manifestari nō potuisse. cum  
manifeste cōstet nos occultas diuitias nō solū  
p̄ egētes s̄ etiā p̄ abūdātes demonstrare posse.  
Si enī occultā habuero pecuniā nō iteo neces-  
se erit quenq̄ pauperē existē cui largiendo eā  
manifestā faciā. cū id ip̄m diuiti tribuēdo facē  
queam. **S** potius si quilibz paup̄ existens ad  
me venerit de occulta pecunia ei misericordiam imp̄-  
di oportebit. Sicqz eius experiētia me largum  
et locupletē cōprobat. qđ idem in diuite posse  
feri cōstat. quū diuitis aut paup̄is sciētia vel  
experiētia nichil michi vtilitatis vtputa om̄ia  
bona habēti cōferat. ip̄is aut vtilia p̄mo neces-  
saria me h̄re eis scire et experiri multuz expedi-  
at. In hūc quippe modū si nullus aliqñ miser  
vel damnabilis fuisset. deus om̄ipotēs misericordiam  
et iusticiā in angelis et hoībuz nō minus ma-  
nifestare potuisset de sua abūdātia eis miseris  
corditer largiendo qđ mīme haberēt. p̄feram  
eū om̄is creatura a se nō oīno habeat. sed om̄ia



ab ipso fonte oim bonoz accipiat. ac dona sua  
in suis iuste conseruato que ab eo accepissent.  
et ideo non erat necesse ut vel angelus damna-  
tionem ad manifestandam dei iusticiam. vel ho-  
mo miseria ad declarandam dei misericordiam  
inciderent. cum utruq; instatib; angelis decla-  
rauit. misericordiam videlicet eos a lapsu conserua-  
to. iusticiam prima dando. **Quia** aut libera volu-  
tate angelus vel homo a deo apostotauerunt mi-  
sericordiam et iusticiam quasi p̄us occultam mani-  
feste experti sunt. dum illum iusticia manifeste  
damnauit. istum misericordia misericorditer  
de miseria liberauit. **Et** cum in hac experientia  
nichil deo utilitatis accreuerit in quo plenu-  
tudo oim bonoz ante omem creaturam  
fuerit. Sequitur q; nulla necitas sed sola volu-  
tas eos ad miseriam copulerit.

**De** malo quid sit et q; in regno dei nichil in-  
ordinatum relinquitur.

**Ca. xvij.**

**D**eum autem auctorem mali non esse hinc  
aperte constat q; ipse omne malum dam-  
nat. Porro q; malum non subsistat. euidens ratio  
probat. Omnis scilicet bona est. sed malum bonum non est  
igitur malum substantia non est. sed per uicium boni est.  
videtur autem malum quoddam agendi vel patiendi  
separabile accidens. In actu quidem inordinato  
agitur. in passione autem dum inordinata actio boni  
ordinabilis. In regno quippe cuncta ordinantis.

nichil inordinatū relinquitur. **E**st autē rectus  
rationalis creature ordo. ut caduca respuat.  
mansura appetat. homines in aia immortales di  
ligat. deū sūmum bonum p̄ omibz amans eius  
voluntati obediat. Sed qui sūmū bonū cōtem  
nunt caducū mūdi bonū diligūt suas animas  
despiciūt. sicq; malum faciūt. **H**oc vero malum  
ordinabitur. dum hęc actō in passionē mutabi  
tur. **N**am dū tales et sūmo et caduco bono pris  
uātur. necesse ē ut asperis que blandicijs a tras  
ria sunt afficiantur. que tamen in seiphs non  
sūt mala. sed a patientibz videntur amara. ers  
go per naturam nichil est maluz. **D**eum autem  
sūmum bonū hōmc constat. qđ malis et reis qđ  
contra iusticiāz misericordiam non prerogat.  
**N**empe a fonte sūmi boni talis iusticia manat  
qua iure deus indignis misereri debeat. qui etiā  
in hęc tenuolus aprobatur qđ solos tot bonos  
fieri noluit. s; ex nichilo tot sbas ptulit quibz  
bona glorie distribuit. **O**mipotēs vero pmo ipa  
ōmipotētia hinc dēterminatur. qđ tantā machinā  
rerū cū omibz q̄ sūt potuit ex nichilo formare et  
ōmīs creatura eū ad incōueniēs nō flectit. sed  
quecqd ē. nutui suo paret. hęc est tota municio  
nre p̄policōmīs. s; bruta arce manifesti erroris.  
**C**otrū creatura ex creatoris substātia vel ex  
aliqua p̄exnēte materia an ex nichilo sit addita.  
**F**ratres. **Ca. xvij.**

**U**tile est munimen erroris subruui. et arcē  
veritatis cōstrui. cuius fundamentū qz  
sup omnia creantē stabiliter locasti. superest ut  
machinā sup originē creature cōsolides. ac fi-  
nē mūdi inicio cōtinuādo edifices. culmēqz in  
alto regni celozū ssumes. itaqz racōne pbāte  
nobis insinua. vtrū vniuersitas creature ex cre-  
atoris sba. an ex aliqua pēxente materia. an ex  
nichilo sit cōdita. **Ad.** Huius structure cōgeri-  
em hic artifex corroborabit. cuius opus nullū  
augmēti molimen conquassabit. **Ex** sba crea-  
toris se esse ipa creatura negat. et euidēs racō-  
totis armis suis repugnat. **Deus** nāqz est im-  
mutabilis. omnis aut creatura mutabilis. q̄i ex  
immutabili natura pcessisset. cōsequēter et ipa  
immutabilis p durasset. **Porro** si corruptibilis  
natura ex sba dei p dnt. sequitur qz dei essentia  
corrupti possit. **Quā** ecce mentis insamā iacu-  
la racōnis confodiūt. et a pntia veritatis longe  
reiciūt. **Ad** aut ex nulla substantiali materia  
cōdita sit hinc constat qz nichil pter deū fuerit.  
**Restat** ḡ qz vniuersitas ex nichilo creata sit non  
qz nichil aliquid sit. s̄ qz nō aliqd fuit. s̄ aliqd  
creator esse fecit. **Tamē** ante creacōem totius  
creature imago in verbo id ē in arte dei fuit. ad  
cuius exēplar vniuersitas i creacōe prupit. **Sic**  
eni pictor varietatē picture p̄us in mēte fingit  
ad cuius similitudinē postmodum visibilem

picura pingit. ita deus vniuersitatē creature  
p̄us in sapiētia sua formauerat h̄m quā formas  
cūcta p̄ multimodas sp̄es creauēat. S; pictor  
picura mēte acceptā in re nō exīte. p̄ colores ⁊  
p̄ instrumenta extrinseca ad esse p̄ducit. Deus  
aut vniuersitatē in sapiētia sua nullā quidē s̄bam  
exītem p̄ nulla instrumenta in tot substantias  
p̄duxit. et ideo ex nichilo om̄ia fecit. et tamen  
q̄h nō ex nichilo. s; ex aliquo visibilis mūds  
p̄cessit dū instar archetipi mūdi fōis induit.

**Proposico quāq; difficultium questionum.**

**Fratres.**

**Ca. xix.**

**A**m egregia turri in altū surgēte discretā racō  
tenebras erroris vndiq; versū elimet. p̄clarā  
structurā serena veritatis luce clarificet. ac nob̄  
inclite edis opus mirātib; apiat. **Q**trū creator  
in creatura an creatura i creatore an vterq; in  
vtrōq; s̄sistat. an potius creator ex creaturam  
alicubi i aliq; glia s̄balt maneat. an creaturā p̄  
se exītem potētialr repleat. an dimidius in ce-  
lo dimidius i mūdo an aliqñ totus in celo aliqñ  
totus i mūdo s̄sistat. an p̄ singla loca diuisus.  
an in om̄ib; locis totus existat. an aliqñ in s̄ lo-  
co aliqñ i alio loco sit. **Q**bigra. **h**eri ihero solimis  
hodie cartagini cras rome morari credendus  
sit. an ex oēm locū ⁊ ex oēm tpus sp̄ vbiq; sit.  
**M.** **S**icut sol exorēs q̄suis innumeras rerū  
fōis tenebris obhital cūctas sua p̄ntia irradiat.

Ita potens ratio licet multiplices innumque prole-  
ras vias propones perspicaci intuitu singulas dis-  
terminat resque profundissimas de obscurissimis la-  
tebris pertractas perspicue elucidat.

**R**esponso ad primam et quod creator in tota crea-  
tura existat.

**Q**uod creator in tota creatura existat ois  
creatura probat. quod sensibilis a se. a deo autem esse et  
bonum habere clamat. **D**eus namque est summa essentia et  
sumum bonum. omnis autem creatura per eum subsistit. ois  
vero substantia bona est quod ex summo bono est ubi autem deus  
non est ibi nichil est. ubi autem aliquid substantiale est ibi deus  
est. ergo in omni creatura deus existit. **H**ic fortassis  
infirmus animus dicit apud se. **S**i deus in omni  
creatura est tunc est in celo et in inferno. et in  
brutis animalibus et in demonibus quod utique creature  
sunt. **H**ic nullam inconuenientiam ratione apta probat. quod  
in his omnibus bonum probat et considerat. **T**antum  
quippe res aliqua est permixta cum alia. utpote terra  
cum aqua vel cum alia homini. terra autem bona est.  
quod substantia est. et aqua bona est quod substantia est. **I**nfernus quoque  
dicitur esse igneus. et ignis est bonus. quod substantia est. **B**ru-  
ta etiam animalia singula in genere suo ad aliquid vti-  
lia sunt. et ideo bona sunt. **D**emonibus nihilominus in  
eo quod angelica sunt natura boni sunt. **I**gitur cum constet  
hec singula in bono subsistere necesse sequitur. deum qui  
solus bonitas est in omnibus esse. **S**ed et ois creatura  
deum sibi in se per aliquid sentit. **A**ngeli enim et vniuersa

vinētia dēū sibi in esse sentiūt. **D**eus quippe vita  
est. et omne qđ uiuit uita uiuit. **N**ō enī angelus  
magis uiuit q̄ uermis. licet ille sit immortalis.  
iste mortalis. **N**ec angelus magis subsistit q̄  
uermis. q̄uis illius s̄ba sit eterna. istius autē ca  
duca. **C**orpa autē celestia sicut sol luna sidera.  
dēū in se sentiūt dū p̄ eū lucent ⁊ subsistūt. **A**r  
bores et herbe dēū in se sentiūt. dū p̄ eū crescunt  
et subsistūt. lapides uero dēū sibi in esse sentiunt  
dū p̄ eū subsistunt. **D**emones sibi dēū ad esse sen  
tiūt dum p̄ eū uiuūt et sentiūt qđ iudicō dēi ius  
sto mala in penis luūt. **D**eus enim iusticia est.  
et ubi cunq; iusticia exercetur deus ibi esse eres  
ditur. **S**ic demq; adest imperator latroni dum  
eum damnat. sicut militi dum eum rēmunerat.  
**E**t nemo opimetur dēū sordes mūdi abominari.  
sed solum peccator sordes nouerit eum execra  
re. nec eum ullo modo posse vlla re maculari.  
hic nec radiū solis vlla immūdia sordidari.  
**Q**uod omnis creatura in creatore existē p̄bet.  
**O**mnis autē creatura in creatore **Ca. xxj.**  
hinc existē cognoscit. qđ extra dēū nichil  
esse creditur. h̄ tamē non sic est in eo ut sit eius  
s̄ba uel ps eius essentie. ut cor est in aiali uel ps  
animalis. sed ut lucerne lumē in sole non est  
eius substantia neq; pars eius essentie. **A**t alis  
quis stultus hic prumpit et dicit. **S**i lapis est  
in deo et deus est in lapide. ergo lapis est deus.

**N**on utiq; sequitur. ut omne qd est in altero. sit  
illud in quo est. **N**ā vinū est in vtre. nō tñ vinū  
est vter. **S**ol q; in speculo ⁊ speculū in sole. et tñ  
neuter ē illud qd aliud. sicut aliq; rome posit⁹  
si cogitacōne totam ciuitatē illuminaret totam  
vrtem cū p̄lo ymaginādo menti sue include-  
ret. recte dicētur roma in eius aia et eius aia  
in roma esse. nec tñ eius substātia esse. **S**ic p̄ fe-  
cto deus in omī creatura et omīs creatura in eo  
rectissime affirmat⁹. et tñ neuter est qd ē aliud  
**S**; hic creator deus immutabilis verissime p̄di-  
catur. **S**; qz nos in tenebris nati sumus lumen  
veritatis videre nō possumus. **M**ūdū hūc sup  
abissum fundatū. **D**eū aut in celis cum angelis  
locatū cogitamus. et extra hūc mundū nichil  
in tenebras esse putamus. s; potius visus mē-  
tis nr̄e vere lucis magnitudine eberatur. **S**icut  
corporeus oculus fulgore solis reuerberatur et  
tenebre nr̄e tantā claritudine sph̄ndere ⁊ sua  
caligine cordis intuitu eam nos contemplari  
p̄pediūt. **N**empe totus hic mundus instar bre-  
uissimi puncti intra deū collocatur. serenissima  
aut lux maiestatis eius extra vr̄sum vndiq; in  
immensū diffunditur. **D**eus quippe vniuersa  
supra ⁊ infra. interius et exterius et in circuitu  
essentialiter replet. et nullius creature intelles-  
ctus interminabilem eius substātiā vlla cog-  
gitacōne excedit. **H**oc iterū infirmū intellectū

scandalizat et tacitus apud se volutat. **S**i cun-  
cta in deo sunt. ergo et lupi et serpentes et demos-  
nes in eo sunt. **H**ic ut supra nulla inconvēnientia  
probat. dū in hīs omībz bonū reperitur.  
Omne autē bonū in deo est extra quem nichil.

**¶** Cur nō tota creatura equaliter bono fruatur

**S**ed queritur cur aliqua creatura **¶** xxij  
quicquid mali patitur. et non potius tota  
equaliter bono fruatur. si deus qui est sumū bon-  
num in omī creatura esse declaratur. **S**ed sciens  
dum est sicut anima p totum corpus diffusa in  
singulis membris tota consistit non tamē to-  
ta singulis membris administracōis suę mune-  
ra tribuit. sed oculo tantū videre et non audire.  
auri autē audire et non videre. et ceteris in  
hūc modum. **M**embrū autē cui bonū vegeta-  
tionis subtrahit. stolidū et inutile remanebit.  
et hoc malū pati vel nichil pati affirmatur. qz  
bono priuatur. **S**ic deus p omnia diffusus in sin-  
gulis totus consistit non tamē singulis cūcta do-  
na gratie sue tribuit. sed singulis p ut sibi pla-  
cuerit. lapidī tantum esse et non vivere. arbori  
crescendo vivere non sentire. bestijs sentire nō  
discernere. **A**ngelis et animabus discernere et  
immortales existē. **C**ui autē aliquid hōz subtra-  
xerit. p̄tinus in corpore vniuersitatis inutile erit.  
**E**t cū ei bonū qd vere blandū est subtrahit. mox  
ex necessitate amaro qd ei contrariū est afficitur.



ut homines in mundo demones in inferno sicq;  
malum pati pdicantur dum bono priuantur.  
sicut cecus in sole positus tenebras pati dicitur  
dum luce non fruitur. **C**ur autē deus creature  
dulcedmē sue p̄sentie p̄frundas vni exhibeat  
alteri subtrahat racō nullo acumine penetrare  
valet. sed terribilē dēū in iudicijs suis stupet.

**C**ur nō tota creatura in vno statu p̄maneat  
cū in deo sit qui immutabilis est. **C**ca. xxiii.  
**T**em queritur si deus in omni creatura et omnis  
creatura in eo est. quō aliquid deficiat et non  
potius totū in vno statu permaneat. p̄sertim cū  
immutabilis deus cuncta contineat. **S**ed sciē  
dum est q̄ in hoc creator a creatura discernē  
dum hīc immutabilis. hīc autē multū instabilis  
cerntur. cūcta autē eternitatem imitantur  
dum deficiendo et iterum recrescendo et iteruz  
quasi in circulis existentie semp̄ rotātur. **Q**uia  
enim de nichilo originem simpliciter sumunt in  
nichilum recurrere et quasi extra deum exire cu  
piant. sed quia exitum non inueniunt quasi in  
circulos reuoluta rursus in esse redeunt. **C**eli  
quippe et sidera semp̄ in circulos suos reuoluū  
tur. aque iugiter influēdo quasi pacto circulo  
in fontes suos reuertuntur. **A**rbores herbe anim  
malia crescendo senescendo putrescendo ite  
rū recrescendo quodāmodo circulose circūagūtur.  
**H**oc q̄ modo cūcta per se in nichilum tendūt.

h p cōnentiā dei sp in datā naturā reuertū cōten-  
dunt. **I**te queritur si homo in paradiso p̄stis-  
tisset vtrū hęc cūcta ut nūc mutabilia fuissent.  
p̄culdubio cūcta cū labili tempore ut nūc vi-  
ces suas crescēdo deficiēdo nascēdo moriēdo  
seruarent. ip̄e in vno statu stabilis et dñs oīm  
p̄duraret. qz vero peccādo instabilis extitit ip̄e  
cum tempore et caducis rebus labi cepit.

**R**espon̄io ad reliquas questōnes sup̄ caplo  
xix. p̄positas. **C**a. xxiiij.

**E**rgatis tenebris de structura sacre edis  
iam ad dissoluēdas machinas cōtra eam ere-  
ctas attingamus. Deū alicubi esse substātiā  
et vbiqz potentialiter repugnat firmitati cōti-  
us iā elaborate disputacōis et subruitur im-  
pulsu euidentissime racōis. **S**i eni alicubi et nō  
vbiqz substātiāter ē. tūc circūscriptus ē et loca-  
lis. et si localis ē. tūc corpus ē. et si corpus est  
excluditur nō esse deus. **A**mplius. si deus loco cō-  
tinetur tūc locus qui eū cōtinet maior et melior  
est illo. maior qz deū includit. melior qz tantū  
bonū cōtinet. **P**orro si in celo ē s̄baliter. in mūdo  
aut potētiāter tūc eius essentia ē aliud q̄ po-  
tētia. et sequit̄ qz hęc potētia ei ex accidētū adue-  
nerit qz sup̄ius racō a facie v̄itatis repulit. **S**i  
aut dimidius ē in celo et dimidius in mundo.  
tunc creatura cōtinet creatorē et includit in se  
suū factorē. **S**i autē aliquādo est in celo aliqñ

in mūdo tūc mutabilis dūm̄citur. q̄ de loco ad  
locū mouetur. **A**mplius. si deus aliq̄n̄ est in cē-  
lo et non in mundo. tūc ibi tantum aliquid est  
ubi ip̄e est. alibi autem nichil est. vbi enim de-  
us non est ibi nichil est. Si enim p̄ singula loca  
est diuisus tunc constat ex ptibus. et sequitur  
q̄ sit passibilis qui per loca est diuisibilis. et etiā  
solubilis. **O**m̄e enim quod partibz cōstat dis-  
solui poterit. Si autē in singulis locis ē totus.  
tunc tot sunt tota quot loca. **O**m̄e enim quod  
vni loco totum includitur. eius nulla pars in  
alio loco esse dūm̄citur. et sequitur q̄ deus loco  
cōcludatur. q̄ cū ceta pugillo cōcludere p̄dicat̄.  
**Q**uod si scōm̄ vi ces t̄por̄ mutatur et heri in vno  
et hodie in alio cras in t̄rco loco commoratur  
tūc temporalis ē et iam p̄teritū am̄sit. futurum  
adhuc non habet. sed r̄ cū ceta accidentia in eū  
concurrunt.

**D**eclaracō specialis q̄ deus sit illocalis. / xv̄v.

Sus falsissime opinionis machinamēta  
facile dissoluūt huius sacre turris instru-  
mētā. Dei potētia nichil aliud est q̄ eius essen-  
tia. ideo deus nō alicubi ē d̄terminare. s̄ vbiq̄  
essentialiter. Deus q̄ immensus ē. locus autē  
sc̄z spaciū qd̄ qd̄libz corpus occupat altitudie  
latitudie longitudie mensurat̄. **E**t quicqd̄ ē  
locale. p̄ anterius r̄ posterius p̄ d̄xtrosūm r̄ si-  
nistrosūm p̄ sursum et d̄orsūm circūscribitur.

Deus igitur nec partem in mundo nec aliquam totus in celo nec aliquam in mundo. nec per singula loca diuisus nec in singulis diuisus. Sed extra omnem locum replens et in se continens cum cuncta creatura penetrans vniuersa per substantiam continuans ubique scilicet in omnibus et extra omnia est totus. sicut lumen lucerne in oculis omnium astantium totum lucet et in se ipso totum manet. non a se ipso recedit ut ad partes perueniat nec unum relinquit ut alii luceat. hoc potius singularis et omnibus simul totum lucet. et in se ipso totum manet. Sic deus ubique et in omnibus est totus. et scilicet in se ipso permanet totus et a se non recedit hoc cuncta in se colligit.

**Quo** christus totus in celo totus in virginis utero. **Ca. xxvj.**  
**H**ic queritur cum deus loco non includatur. quod christus totus in virginis utero totus in celo predicatur. cum uterus virginis locus non dubitatur. In celo totus fuit in patris essentia. ut in aia tota sapientia. In virginis utero totus. ut verbum totum in voce. Deus enim initio et fine caret. et ideo omnino eternus manet. Igitur nichil ei fuit preteritum nec futurum recipit. sed extra omne tempus patris et semper ubique existit. unde et est cognominatur. quia eternitas eius omnia tempora disponens nullo tempore variatur. Etiam machina vestre multiplicis propositionis corruit. nullum accidens cadit in deum. **¶** Fra tres.

Huius ruīnam nō moleste ferimus. sed ad fra-  
gorē eius potius fautores applaudimus. qz p  
huius casū turris introitū speramus. sed cum  
hęc machina sit discreta. ecce alia structura cō-  
tra turrim stat erecta.

**Q**uomodo deus sit solus immortalis solus  
inuisibilis.

**Ca. xxvii.**

**S**uperius dictum est qz solus deus sit im-  
mortalis. solus inuisibilis. Num ange-  
li vel anime mortales sunt aut deus est angelis  
inuisibilis. de quibz dicitur qz sp vidēt faciem  
pātis. **M**utabilitas ē quedā mortalitas.  
dū enim quid de pterito in futurū mouetur. qñ  
pterito moritur. Deus solus est immutabilis.  
qz nichil pteriti ei de cedit nīl futuri accedit. Sed  
quicquid ē vel fuit vel erit. totū sibi sp pātis adest.  
Et sic nō pōt cogitari qz aliquñ iniciū habuerit.

Ita qz nō pōt cogitari qz vnqz finire possit. An-  
geli autē mutabiles sūt. qz de pterito in pātis  
de pātis in futurū mouētur. Preteritū quippe  
habent. futurū nondum habent. Constat enim  
qz socios angelicos olim amissos nō habent.  
et qz adhuc consortio sanctorum in terra pere-  
grinantium carent preterita memoria recolligunt  
futurum psciendo intelligunt. Et sicut  
potest cogitari qz aliquando ceperunt. ita eti-  
am potest cogitari qz finire possint. sed cum et  
ipsi creaturam in se mutabilem considerant.

quodāmodo a statu immutabilitatis dege-  
rant. Talis mutabilitas est eis quedā mortali-  
tas. Aie vero sūt p omnia mutabiles ita q̄ pene  
p omnia mortales. Deus quippe ē vita aie sicut  
ip̄a ē vita corporis. S; sicut mortuū est corpus  
q̄n aiam non h̄; ita aia mortua est q̄n deo caret  
vel sicut cecus oculis mortuus dicitur cū luce  
priuatur. sic anima mortua cū beata vita que  
deus ē nō fruitur. Solus ergo deus h̄; immorta-  
litate. qz nullā recipit mutabilitatē. Hic etiā  
solus est inuisibilis qz nulli creature ad plēnū  
intelligibilis. Nempe aie beatorū et angeli suo  
more non nostro eū semp vident. Non p inter-  
ualla spacioꝝ sicut nos corporea videmus. sed  
intra se et extra se in omī creatura. et extra oēm  
creaturam eū conspiciūt. Nec ullo intellectus  
intuitu amplitudinem sue claritatis excedūt.  
et qz nō ita pleniter ab ip̄is ut a se ip̄o conspi-  
citur vel intelligitur. ideo solus inuisibilis.

**Q**uō hōmo ad dei imaginē et similitudinem  
fit creatus. **F**ratres. **C**a. xxviii.

**E**am diuina natura cū angelica in hac tur-  
ri tenente sceptrā. ecce humana natura  
legionē adducit ad impugnandā eā machi-  
nā erigit. Queritur nāq; quō hō ad ymaginē  
et similitudinē dei formatus dicatur. cū nulla  
cōuenientia similitudinis dei in hōie cōspiciat.  
**M** Impugnātia a repugnātib; expugnāf.

dum p̄cedentia a subsequētibz inexpugnabiliter roborātur. **Q**uo h̄oies scribūtur. **I**nterior et exterior. **I**nterior anima. exterior corpus. **I**nterior inuisibilis. exterior visibilis. **I**nterior et inuisibilis ad ymaginē et similitudinē inuisibilis dei creatus. **V**isibilis autē fm visibilem mundum est formatus. **D**eus inuisibilis est in substantia vnitās. in p̄sonis trinitas. **I**nterior ergo homo id ē anima ad imaginē vnitatis est creata q̄ nō ex p̄tibz ut corpus p̄posita. sed est simplex natura et immortalis essentia. **E**st q̄ deus memoria que sui et omnium que sunt meminit que pater nominatur. ex qua intelligentia nascitur que se et cūcta que sunt intelligit que filius nuncupatur. ex vtraq̄ dilectio p̄cedit que se et vniuersa que sunt diligit que spiritus vocatur. **A**d huius trinitatis ymaginē anima conditur. dum ei memoria intellectus racō dilectōnis indicitur. preteritorum namq̄ meminit. inuisibilia intelligit. mala respiciens bona diligit. **D**ei quoq̄ essentia est lux vita iusticia bonitas beatitudo. **A**d hanc similitudinem anima facta est. ut sit lucida vitalis iustitona beata. **E**xterior vero homo id est corpus quodāmodo ad exemplar mundi formatur dum ex quatuor elemētis compagimatur. vnde et microcosmus cognominatur id est minor mūdus. **I**n hōe anima etiā h̄z similitudinē dei.

dum ipsa sic minorem mundum gubernat ut deus  
maior. Omnis quoque creatura per aliquid similitu-  
dinem dei habet et quantum cuius alteri est excellen-  
tior. tanto illi similior. Ipse quippe est. vivit. sen-  
tit. per rationem discernit. Lapidem ergo eius simi-  
tudi se adiungunt. quod sunt. Arbores magis eius  
similitudini appropinquant. quia sunt et crescen-  
do vivunt. Quaeque aiantia multo magis eius si-  
militudinem expriment. quia sunt. vivunt. sentiunt.  
Porro in hominibus et angelis similitudo dei maxime  
refulget. quia sunt. vivunt. sentiunt et ratione dis-  
cernunt. Aias autem constat esse eternas. Si enim  
ad videndum deum facte predicantur. necessario  
sequitur ut sicut deus sine fine non habere creditur.  
ita anime illum visure sine fine vivere non du-  
bitentur. Sed queritur verum ille anime immortales  
sint. que deum visure non sunt. Omnes animas  
vivas constat esse nature. et siquidem anime  
immortales sunt. igitur omnes anime deum visure  
se sperant beate. et eum non visure misere.

Unde anima tam multa videat in somniis.

**E**ratres. **C**ap. xxix.  
De anima tanta videt in somniis. **M**  
Anima insatiabili cupiditate sciendi veritates  
captat. et ideo semper in cogitationibus vagatur.  
Ideoque sensibus corporeis sopitis per enigmata  
quedam futura deo reuelante preuidet. Interdum  
circa verisimilia dyabolo fallente languet anxia.



Aliqñ angelis vel animabz ſfabulatur. Aliqñ  
a demombz ludificatur. Hec in modũ oculi ces  
tera omnia videt. ſeipam videre nõ p̄t. ¶ Cur  
a nobis nõ videt? ¶ **M** Quia tam ſubtilis eius  
natura d̄r. q̄ ſe a corporeis oculis videri nõ pa  
titur. Quãto eni aqua tenuior ẽ terra q̄ntũ aer  
ſbtilior ẽt aqua. et quãtũ ethereus ignis aerẽ  
tenuitate. tantũ vincit aia ignem celeſtem te  
nuitate et ſubtilitate. Hec eni ẽ cauſa q̄ nullus  
ſpũs a nobis cernitur. q̄ ſubtilitas illoꝝ natu  
re noſtrũ viſum excedere creditur.

¶ Quõ aia toto corpe diſfuſa in ſinglis mem  
bris d̄r eſſe tota. ¶ **F**res. ¶ **C**a. xxx.

**Q**ualiter perhibetur anima per totum cor  
pus eſſe diſfuſa. et tamẽ nõ magis in ma  
ximis nec minus eſſe in minimis membris. ſ; in  
ſingulis tota. ¶ Num tot ſunt tota quot mem  
bra? ¶ **M**gr Sicut ſuperius dictũ ẽt Si lumẽ  
ponatur in medio nõ minus in meis et nõ ma  
gis lucet in alterius oculis. ſed in ſingulis to  
tum. et in ſeipſo manet totũ. ¶ Sic anima vbiq;  
in corpore. et in ſingulis membris eſt tota. ¶ In  
tacto vno membro tolct tota non tamẽ tot  
ta ſicut vox in auribz oim non particulariter. ſed  
ſonat tota et in ſeipſa remanet tota.

¶ Cur vna anima ſit docilior q̄ alia. ¶ **C**a. xxxj.

¶ **F**ratres.

**S**omnes anime vnus nature ſũt quidnã

Et quod quedam abilioz et quedaz tardioz est ad  
discenduz. • **M.** Anima habet formā cere vel  
candle. Cera abilis est ad exprimendū imā-  
gmem si ei sigillum imprimatur. Sic candela  
ad lucendum si incendatur. In hunc modum  
recipit anima imāgme scientie si ei imprimatur  
sigillum doctrine. lumenq; veritatis recipit si  
igne sapientie accensa fuerit q̄ si se per studiu  
vel exercitiū neglexerit abilem p̄tere sicut cera  
sine ymagine et sicut candela inaccensa sine  
lumme. sic in tenebris ignorātie sine scientia  
veritate remanebit. Quātomagis autē queq;  
anima doctrine se adoptauerit tanto magis  
capax scientie erit. Cur autem ignis spiritus  
sancti quasdam animas se abiles nō p̄tentes  
p̄mo negligentes lumme scientie magis accēs-  
dat quasdam non accendat p̄mo quibusdā la-  
torantibz scientiā subtrahat alijs similibus si-  
milis racō penetrare nō valens mirādo clamat  
**O** q̄ incōprehensibilia iudicia dei et inuestiga-  
biles vie eius.

**Q**uid magistri foris laborando anime con-  
ferant quid intus veritas e petur. **Ca. xxxij.**

**Q**ui fratres.  
Omnia cuncta a magistris discantur quo-  
modo vnus magister in celis esse scribitur a  
quo quasi specialiter queq; docentur. • **M̄gr.**  
Si recte p̄ceditur nichil p̄fus p̄ hoiem discit

magistri tñ memoriao foris plantat r rigat.  
veritas aut q̄ in aia habitat intus docedo in-  
crementū dat. **S**; stultus nō intelligit hęc. racō  
aut que cūcta discernit facile hęc ita esse p̄pro-  
babit. **N**ēpe quecqd̄ discitur melius p̄visum q̄  
auditū capitur nā quātū ceco de sole narraue-  
ro. ip̄e tñ nescit quid sit sol quē nunq̄ vidit.  
tantū verbis meis credit aliquid esse q̄ ita vo-  
cetur. aut fortasse dubitat quecq̄ esse in re qd̄  
sic noietur. **Q**ui si repente videat. ip̄o visu solē  
esse p̄bat quē auditu scire nō poterat. **S**ic ple-  
riq̄ ceci scripturas nouerunt sed tamen quid  
sit litera vel liber nesciunt. quoz oculi si subito  
aperiātur et libro coram se posito quid sit qd̄ vi-  
derint mirātur. et visu discernūt qd̄ auditu non  
poterant. **P**orro si alicui illoz dixero talis lra  
vocatur. a. et talis. b. nomiatur. mox introitus  
recurrat veritatem cōsultat. et verū esse p̄bat qd̄  
audit. **Q**uid ergo hūc docui. qui nec p̄us au-  
ditu nec postea visu scire potuit quid sit lra nisi  
veritate intus docente visu foris p̄bāte edisse-  
ret. **E**go tantū sonos verboz protuli. ipse ve-  
ro res p̄verba signatas veritate intus exami-  
nante cognouit. **S**ic vs quoq̄ si multa vobis  
de elephante dixero nescitis quid sit elephas.  
nisi eum videritis. sic multa de deo legimus. et  
quasi rufum homiem et pulchrum aspectu eum  
nouimus. qui si ad presens intraret. num illum

agnosceremus? puto minime. **Quare?** Quia  
a magistris discere nequimus. qđ veritate  
visus non pbamus. Doctores ergo tantū so-  
nos verborū pferūt. auditores autē veritate vi-  
sus docente. verba mente. res visu discunt. Sic  
litteras. sic ignotas linguas sic varias artes  
discimus. dum sonos verborū a pceptoribz per-  
cipimus. res istas veritate docente intus cōsi-  
deramus. Sed quid de tantū est dicendū quō  
videtur sed tantum auditu discitur. Rōne dū  
vox canentis foris sonat. veritas intus quasi  
quosdam ascensus vocis in anima format. Igi-  
tur omnino nichil p hominem nisi sonus discitur.  
verba autē et res per veritatem in interiori ho-  
mine habitantē discernuntur et sic verissime  
vnus magister pdicatur a q quisqz intus  
instruitur. ea autē que a nobis non videntur  
ut deus et angeli tantū esse creduntur.

**Q**uid sit credē deū et quid credere in deum.

**F**ratres

**C**a. xxxiii.

**O**fferit aliqd. credē deū et credē in deū. **M.**  
Multi demones credūt deū et pagani. si nō cre-  
dunt in deū. Credūt nāqz qđ deus sit qđ omnia cre-  
avit. ac sup oia potēs sit. In deū aut tm credūt  
qui eū diligēdo in eū tendūt. Vera aut fides ē  
credē qđ deus in essentia sit vmtas et in pfo mis  
trinitas. et hic cūcta ex nichilo vbo suo creavit  
ac collapsa eodē verbo incarnato restauravit

et in ultimo die uersa p spūm sc̄m innoūa-  
bit. Et h̄ credētibz sūmū bonū sc̄z seipm̄ i p̄mo  
dabit. Hec fides vita aīe existit. et p h̄ac inst̄  
vuit. Hec fides spē nutritur ut corpus cibo re-  
ficiē. Dilectōe aīatur ut corpus aīa uiuificat̄.  
Dilectio aut̄ opacōne d̄probat̄. S̄n̄ fides sine  
opibz mortua esse d̄probat̄ et affirmatur. ḡ  
fide aīa declinat a malo ⁊ facit bonū. cūct̄a trā-  
sitoria respuit inuisibilia sic visibilia appetit. Di-  
lectōne queqz dura tolerat. carnis impetus re-  
frenat. nec̄ria proximis erogat. sūmo bono sp̄  
anhelat. igitur anima q̄ sic credēdo et sperādo  
in deū cedit̄ ip̄m sūmū bonū sine fine habebit.

**U**trū lux diei aut caligo noctis aīe quid  
d̄ferat aut noceat. ¶ Fr̄es. ¶ Ca. xxxiiij.

**A**mm̄e naturaliter s̄nt lucide. queritur  
vtrū animabz in corpore ex̄ntibz lux diei  
aliquid d̄ferat. vel rursus caligo noctis quicqz  
ad videndū noceat. ¶ M. Sicut corpus sine  
anima nichil sentire cernitur. sic utiqz anima  
sine corpore nichil corporeum sentire creditur.  
Corpori quippe admixta p oculos sentit colores  
per aures uoces. per nares odores. p palatum  
sapores. per tactum vel incessum res tangibiles  
mollicie vel duricia differētes. A corpore v̄ro  
separata nichil corporeum corporaliter sentit.  
qualqz res in proprietate subst̄tie abstractis  
accidentijs colorum d̄spicit. spiritualia queqz

fuo more sentit. Ergo sicut lumē candele nichil  
confert soli ad lucendum. sic pfecto lux solis  
nichil confert omīno aīe ad vidēdū. et sicut nox  
imbar solis non impedit h̄ potius fugit. sic nec  
aīe aliquatenus obhsit ut puta quā nec aīa  
sentit. Porro aīa aut spūali luce ipa mims pre  
sole fulgida fruitur. aut horrida pccorū caligi  
ne obscurata nō nocētis. h̄ pprijs ut cecus tene  
bris inuolūtur. **Ad** aut aīa carne soluta cor  
poraliter lucē nō videat h̄nc cōstat. q̄ cū aliq̄  
dictare volumus. vel quicq̄s facturi disponim⁹  
mox anima exteriores sensus fugit introzsus se  
colligit. in seīpa intus cōsiderat ea de quibz tras  
ctat et solis lumē ei nichil pdest. sed etiam ei  
ad hoc negociū obest. et dū alias attēdit. clā  
mosas voces iuxta se nō audit. Igit̄ aīa extra  
corpus nichil corporeū videt vel audit. qd̄ si fa  
cit tunc vtiq̄ aereum corpus induit.

**Quomō anime sanctorū intelligātur audire pces viuētū reis patrocinari.** **Ca. xxxv.**

**¶ Fratres.**

**S** anime corporeas voces nō audiūt. quō  
animas sanctorū sc̄ petri et martini vel alteri  
us multi preces exaudisse experti sunt. **M.**  
Oracō cordis nō oris ascendit in celum. Ani  
me enim non clamorem vocis. sed cordis audis  
unt. et se fideliter inuocātibz subuēiūt. Neq̄  
magis clamoras pces audiūt q̄ eas que sine

voce vel in lingua vel in corde tantū fūit quia  
neq; a nobis verba s; voces cordis tantū audi  
untur. ceterū verba mente videtur. Cū ergo aie  
nostre aliquid s; deū desiderat et hoc sibi a deo  
p; sanctos dari huc corde huc lingua seu voce  
postulat. anime scōz quib; est idem audire qd  
videre & eouerso. nō voces s; verba intuentes  
desiderata eis a deo impetrant. ut habens sc̄ptū.  
desideriū pauperum exaudivit dominus.

**Q**uō intelligatur aie a corpore solū & iterū  
reverti ac visa referre. **C**fr̄s. **Ca. xxxvj.**

**N**onne legitur q; sepe multe aie ducte de  
corpore multa loca penalia et item multa  
amena & florida et m; vtrisq; multas animas in  
humana forma viderint. atq; ad corpus reuē  
se plurima se audisse ab eis retulerint. **M**gr̄.  
**S**ciēdum est q; hęc aie nō penitus corpus reli  
querāt sed sensus tantū corporeos suis officiis  
desituerant. corpus autē nō ex toto spiritu vis  
tali carebat vnde ea q; audierāt nō res corporee  
s; similes corporearū rerum erant quas reuerse  
alijs in corpore constitutis p; edificacōne refer  
re poterant postq; v̄ro corpus funditus exue  
rāt. longe res aliter erat que prius videri non  
valebat. **S**icuti nos iuxta parietem aliqñ posi  
ti vmbriā vementis hominis non ipm̄ videmus.  
remote autem obstaculo muri ipsuz ut est cer  
nimus. **A**nime etiā defunctorū cum viventibus

apparent. corpus aerēū induūt. in quo corpo-  
ream vocē vel verba audibilia expmunt. **H**mc  
colligitur q̄ infernus sit incorporeus substantia  
spūalis corpori similis. cuius pena tanto sit in-  
tolerabilior. quāto spūs corpe sit sbalior. **O**mne  
enim corpus vetustate deficit. diuturnitate dis-  
solutum interibit. **F**ōde si infernalis igris est  
corporeus restat ut corporalibus instrumentis  
nutriatur. et sequitur ut illis cōsumptis ipse  
intereat. **S**ed cōstat ignē gehene non deficere.  
ergo spūalis est. Si autē est corporeus s̄ indefi-  
ciens creatus est. necesse ē ut aie et spūs quale-  
cūq; corpus induāt in q̄ ignē corporeū sentiāt.

**Q**uomō resurrectō mortuoz sit pbabilis.

**P** **F**ratres. **C**a. xxxvii.  
**O**terit ne probari resurrectō mortuoz ē  
**M.** Si ea inconcussa manebūt vel constabūt  
que superius verissimis argumētis pbata sūt  
tunc omni repugnantia submota omiq; neces-  
sitate admota resurrectō erit futura. **C**onstat  
eni deam esse veritatē. veritatis autē verba ne-  
cesse ē adimpleri q̄ si nō implebūtur. sequitur  
q̄ aut deus mutabilis sit. aut veritas non sit.  
**Q**d si impleri non poterūt. iam deus omnipotēs  
nō est. q̄ cūcta liquet q̄ absurdissima deo sunt.  
**I**ncōmutabilis itaq; veritas deus pmisit suis  
dilectoribus plenum gaudium. suis cōtemp-  
tib; plenū supplicū qd vtrūq; erit impossibile.



nisi sit in anima et corpore. **N**ecessesse est igitur ut cor-  
pora resurgant animas recipiant. quatenus secundum per  
missa veritatis habent plenam gaudium in anima et  
corpore habeant illi eodem modo plenam supplicium reci-  
pian. **A**mplius. si corpora non resurgant tunc anime  
eternae factae non sunt. sed si peritus probatum est animas  
eternas factas. **A**d hoc videlicet ut deum cum ange-  
lis semper videant et in hac visione sine fine beate  
vivant. **B**eate autem non vivunt. si indumenta sua scilicet  
corpora in sordibus deputescere absque spe recupera-  
tionis aspiciunt. Sequitur namque ut necessario  
vestimenta sanctarum animarum que stola noian-  
tur. per resurrectionem innoventur et in corruptibilibus  
lem gloria immutentur quibus anime remdute  
semper beate deum contemplantur. **C**ontra ut infeli-  
ces vestes sordidas remduant de quarum fedita-  
te semper doleant. **I**gitur non solum corpora inno-  
uari. sed etiam communem naturam que scilicet servavit necesse est  
in melius commutari. **N**on habetis scriptum. **E**cce  
nova facio omnia. **F**. **C**um deus ab inicio mundi  
nichil novum creaverit. quomodo novam creaturam tunc  
esse constabit. **M**. **T**ripartite nova creatura dicitur  
que per trinitatem ita disponitur. **D**eus pater  
omnem creaturam ex nichilo condidit. et haec nova  
creatura nomeniatur. **N**on habemus in apostolo nos-  
trum nova creatura. et in alio loco ut scimus  
initium aliquid creature eius. **D**eus quoque  
spiritus sanctus corpora vivificabit. et hunc

totum mundū in nouabit. et hec nichilominus  
noua creatura appellatur. **¶** Unde habemus.

**¶** Celū nouum et terram nouā faciet dominus.  
**¶** Quō dñs ꝛ aie scōꝝ nūc in celo esse aut san-  
cti receptis corpibꝫ ibi futuri esse credantur.

**¶** Fratres.

**¶** Ca. xxxviii.

**T**Am turri in sumum nobiliter pducta. restat  
nunc ut ppugnaculis cingatur. et sic cacumen  
in summo celoꝝ cōsumetur. Legimus de dño q̄  
eleuatis manibꝫ ferebatur in celum. et quia se-  
det ad dexterā dei. et stephanus in contione vi-  
dit eum stātem a dextris dei. Qui fertur de loco  
ad locū mouetur. et qui sedet vel stat loco cō-  
tinetur. et cum dñs corp̄aliter celum ascendit.  
qualiter nūc ibi credēdus sit vel qualiter nunc  
ibi anime scōꝝ sūt aut qualiter receptis corp̄i-  
bus ibi futuri sūt sumo opere scire deheramus.  
**S**i enim aliquis locus xp̄m vel sanctos sedens  
tes continet vel stantes ne cadant. tunc iste lo-  
cus eis melior p̄batur a q̄ tot bona cōtinētur. Et  
sic sancti de aliq̄ creatura visibili ꝛ sensibili gau-  
dentes gloriāntur. ut nos de hac visibili et sen-  
sibili luce delectamur. tūc iterū ea res melior ra-  
cionalis creatura indicatur de cuius possessione  
ip̄a iocūdat. ut nos de habita pecunia gloriā-  
mur ꝛ gratulamur. et miserum gaudium vi-  
detur si intellectualis creatura non nisi de stolis  
da re letatur. **Magister.** **A**pice huius tur-

ris pariter ascendamus. et racōne indagante  
qualiter se habeant hęc perspiciamus. **C**elum  
vilitato nomine appellamus quod super caput  
nostrum videmus. **S**upra nos autē nichil nisi  
nubes vel aerem sole illustratum conspiciamus.  
**S**olem vero lunam vel stellas longe a nobis res  
motas sic videmus sicut in lato mari positi  
alonge montes conspiciamus. in circuitu vero  
nichil nisi confusum aerem videmus. **V**nde li-  
quet q̄ nullius hominis visus totū huius aer-  
is spacium penetret. qui vix etiā orizontem at-  
tingere valet. **V**nde cum apli dommū sublātū  
vltterius videre non possent dicitur. nubes sus-  
cepit eum ab oculis eorum. **S**tephanus quoq̄  
non corporeis oculis dommum in celo vltra firm-  
amentū vidit. cum nullius hominis visus vlt-  
lo modo usq̄ ad celum perungere possit. **S**ed  
et contio illa in qua stephanus stans xpm cō-  
spexit in domo aliqua fuit. cuius tecti culmen  
ip̄ius corporeis oculis penetrare minime potuit  
**C**onstat ergo q̄ nō oculo corpis. sed intuitu  
interioris hominis xpm nō in corporeo. sed in tel-  
lectuali celo videtur. **S**ed hic forte ab aliquibz  
calumniosis obicitur. stellas esse in firmamento  
infixas. et visū nrm firmamentū attingere dū  
eas videmus. **N**ū ideo oculi nri firmamentū at-  
tingūt. dū qz stellas aspiciunt? **N**ū ideo totum  
aeris spacium in mari penetrant quia montes

ut puta solida corpora considerant. Sicut enim  
in mari remotis ab aspectibus montibus nichil  
nisi aer conspicitur vndiq; ita quoq; sideribus  
solidis videlicet corporibus sublatis nichil nisi aer  
cernitur. Quicquid autē ab aere est usq; ad firmamentū  
et ipsū firmamentū a nobis nequaquā  
videtur propter ipsius spatij longinquitatem et  
ob nature sue sublimitatem.

**De triplici celo historiali et significatiue dco.**

**Q**uod si forte obiciat quod apud ca. xxxix.  
ad terciū celū raptus describitur. Sciendū  
est tres celos historialiter appellari et iterum  
tres significatiue nuncupari. Dic quippe aer  
primū celum historialiter vocatur sicut habetur  
volucres celi. quia in celo id ē in aere volare videtur.  
Secundū celū ether vocatur ut habetur stelle  
celi. quia in eo stelle fixae traduntur. planete vago  
cursu feruntur. Terciū celū firmamentū appella  
tur sicut habetur astra celi quia in eo sidera fixa  
traduntur. Significatiue quoque tres celi leguntur.  
quia tres visiones scilicet sensualis spūalis et intelle  
ctualis a sapientibus non nesciuntur. Sensu  
alis quippe visio est cum colores et formas re  
rum exterius cernimus. sed interius aliquid  
celari intelligimus ut in literis intelligimus  
significantiā. Hec ergo visio primū et substā  
tiale celum nominatur quia in scripturis intel  
ligentia celatur. Celus etenim a celādo nominatur.

**De triplici celo historiali et significatiue dco.**  
magis  
sicut in  
caliph et  
vobis scilicet  
multis dicitur  
etualis cu  
rem verius  
adfectus et  
vltimus qu  
vltimus  
cuius veritas  
apostolus  
num celum  
vix extra  
id intelligit  
vltimum  
magis prout  
est in nobis  
vobis scilicet  
ratione quod  
vobis scilicet  
dicitur celum  
magis veritas  
tel imperia  
tu a nobis  
**De triplici celo**  
esse emendandum

**S**ecūda visio spiritalis est qua non res sed  
imagines rebus similes spūaliter videmus  
sicut in somnijs solemus. et sicut iohes in apo-  
caliphi. et pphas multa nouimus uidisse. et hec  
visio scdm celū nūcupatur. quia res in hñs li-  
mitu dñibus celantur. **T**ercia uero intel-  
ctualis cū neq; res exterius. neq; imagines  
rerū mterius. sed ipas substātiās put vere sit  
abstractis colorib; intellectu aspiciamus. et vni-  
uscuiusq; qualitatē mter se differentem racōe  
discernimus. **E**t hec visio tertiū celū uocatur.  
quia ueritas rerū in hac quasi a stultis celat̃.

**I**gitur si ap̃lus in corpore est raptus. tūc ad cor-  
porum celum scz firmamētū est pductus. Si  
autē extra corpus qđ magis uidetur tūc utiq;  
ad intellectuale celum raptus creditur. in quo  
essentiam ueritatis sicut est et angelicas sub-  
stantias prout sunt non sensualiter quod ne-  
quit fieri nisi per corpus nec spūaliter quod  
non fit nisi per imagines rebus similes. sed uer-  
tacter qđ non fit nisi ipso intellectu uidisse cog-  
noscat̃. **A**ngeli uel iusti quadam similitu-  
dine celi nūcupatur quia in secreto dei hui-  
mans uisibus celantur. et econtra demones  
uel impij tenebre appellantur. quia in tormen-  
tis a nobis occultantur.

**D**e regno celorum quid uere sit et ubi sit  
esse credendum.

**C**a. xl.

**R**egnū autē celoz id est iustoz nō vrbūz  
memā. non possessionū p̄dia. non auri vel  
gemmarū copia. nō supellex varia. sed iusticia  
pax et om̄imoda gloria in pleno gaudiō credi  
tur. quod de visione eterne claritatis. et de soci  
etate angeloz et sanctorū habet̄. **D**eus eterna  
lux p̄batus est esse in mūdo ⁊ extra mundum  
infra et sup̄. et in circuitu vndiq; et vbiq;. **I**git̄  
h̄ regnū talū celoz racōne demōstrante m̄chi  
aliud est q̄ visio dei que est fons om̄ bonoz  
nec̄ario sequitur q̄ regnū celoz sit in hoc mun  
do. et extra mundum. et in om̄i creatura et extra  
om̄em creaturā. **S**ōn̄ habetis. regnū celoz in tra  
vos est. q̄ nimirū in deo cōsistētes. eū in nobis  
ipsis et in om̄i creatura et extra. om̄em creaturā  
sicut ē cernimus. **I**dcirco aut̄ nūc extra deū vel  
extra regnū celozū dicimur. q̄ hac visione pri  
uamur. **E**odē mō ⁊ miseri tūc a regno celozū  
excludi referūtur. q̄ eadē visione ut cecī sole  
priuabūtur. **H**oc regnū celoz vel hoc gaudiū  
iusti intrare scribūtur. q̄ ineffabile gaudiū nō  
capiētes in eo quodāmodo obuoluuntur. **R**ō  
aut̄ aīe sursum ad celū ferri affirmātur vel etiā in  
ferri putātur ad visū n̄m d̄. q̄bz sup̄iora splē  
dore solis lucidiora noscuntur. et q̄ aliter res  
nō p̄t agnoscā ab h̄ijs q̄ sūt adhuc i carne. **S**o  
lute aut̄ non loco mouētur. nec ad aliq̄ locū  
corporeū ducūtur ut in deū cōtēplētur. s; mox

a corpore sequestrare. angelis et sanctis sociantur. et regno celorum quod est visio dei intra mundum et extra et vndique sine mora fruuntur. Sicut cecus in sole positus si eius oculi aperirentur et festim luce solis fruatur. Quod a quibusdam morientibus lux vel forme angelorum aut sanctorum ibi videtur. et decetis armonie audiuntur. et ad alta duci certantur hoc propter vincentes fieri non dubitatur. ut in christiana religione corroborentur. Porro fruor lucis videtur si anime illocales de hoc mundo extra firmamentum duci afferantur quoniam ibi fit pulchrius vel ibi magis sit deus cum super et infra intra et extra equaliter esse non dubitatur et eius visio vbi que iustis equaliter adesse et probetur. Aias vero vel spiritus cum sine in corpore et corporeis locis includi absurdissimum videtur. praesertim cum omnis locus altitudine longitudine latitudine dimetiatur. hisque omnis spiritus carere bene sciat. Ideo quippe illocaliter manere et eius visione frui estimatur. sicut scientia in anima illocaliter moratur.

**De gloria corporum beatorum.**

**Ca. xli.**

**C**orpus autem sanctorum resurget spirituale. quia velocitate leuitate perspicuitate spiritibus erit equale. et omne solidum erit ei penetrabile. sicut et corpus domini lapide clauso surrexit et inuis clauis intravit. Sicut igitur spiritus nunc nullo corporali loco sustentatur. ita quoque non est necesse ut tunc spirituale corpus.

aliquo loco fulciatur. **N**on enim insensibile cor-  
pus spiritum. sed spūs corpus vegetat. **I**gitur  
nullus locus spūale corpus fulcit qđ omni ele-  
mento subtilius erit sed ut spiritus illocaliter  
in fumo spiritu deo subsistit. **N**isi forte hoc pro  
loco accipiatur. qđ substantialiter et psonaliter  
circūscribitur. **A**mplius. aut in hoc corporeo mū-  
do sancti manētes deū videbūt aut extra mūdū  
erunt. **S**i extra mūdū fuerint. tūc nulla demē-  
tali materia stātes vel sedētes sustentātur. qz  
nullum elementū extra mūdum comprobatur.  
**Q**uā enī terram vel aquā ibi esse credit. nimis  
terrenus fluidus dēspit. **S**i enī aerē vel ignem  
ibi esse arbitratur grauitate a mobilitate aeris  
et ignis ipse instabilis irrisus cōspicitur. ergo  
extra mūdū nulla re materiali fulciuntur vbi  
nulla materia inuenitur. **S**i autē in hoc mūdo  
erunt similiter nulli elemento localiter stādo  
vel sedēdo inherebūt. qz equales angelis erūt.  
**C**um igitur spūales snt. in fumo spū spūaliter  
nō localiter manebūt. **P**orro illoꝝ corpoꝝ glā  
nō racōe. s; sola fide ē cōtemplanda. **E**rūt quippe  
tūc illa corpa ut aimus agilia. ut sol pspicua.  
**Q**uācō enī nūc animus ab oriēte in occiden-  
tem cogitacōe puenit tā cito tūc illud corpus  
illuc puenire potest. **H**oc hinc colligit qz refer-  
rectō in ictu oculi est non qz oculus aperiatur.  
s; qz ap̄to oculo obiectus lucis radius dēspicitur.



**S**; reuera tñ velocitas illius corpis ab ietu oculi differt. quātū a corpe agilitas animi. **H**ui⁹ etiā corpis claritas est tanta. quāta est spūs nō eni est hoc corpus anime oneri s; decozi. qđ nulla corruptibilis moles aggrauat. s; qđ angelice nature equalitas leuigat. hui⁹ qđ corpis claritas tñ solē excellit quātū sol in claritate nrm corpus pcellit. **S**ol eni est corpus insensibile. et quous immutetur. tñ nūq; viuificabit. **C**orpus aut illud erit sensibile et intellectuale. igitur qđtū spūs intellectualis differt ab aere insensibili tantū differt p clara claritas illius corpis a claritate solis.

**D**e gloria dñi sanctorū oīm. et differenti gloriā singulorū. **Ca. xliij.**  
**H**inc questio nō minima occurrit. **C**um eni dñs dicat. **F**ulgebūt iusti hē sol. **E**t apls. **A**lia claritas solis. alia lune. alia stellarum. stella a stella differt in claritate. sic et resurrectō mortuorū. **V**idē apls dño contrariū sentire. vidē qđ hic velut solem fulgere asserat. ille quosdā velut diūsas stellas alios velut lunā alios velut solē fulgere astruat. **S**; sciendū ē qđ dñs glāz scōz gñaliter expressit. **A**plūs aut singlorū gloriā p meritis distinxit. **V**ltimus g in regno celoz ut sol fulgebit qđ tūc septies clarior qđ nūc erit. et in hac claritate tñ quisq; ab alio p meritis differt qđtūz stella a stella in claritate dīr.

Alij autē hos in tantū diuerse claritatis gloria  
ita p̄cellunt sicut lucifer plia des. luna luciferū.  
sol lunam in claritate excellūt. Nos autē omēs  
tantū corpus xp̄i in claritate excedit. quātuz  
creator creaturas trāscendit. vnde et in dexte  
ra dei patris sedere scribitur. quia in gloria di  
uine maiestatis fulgere creditur. igitur talis  
visio et talis gloria regnū celoz d̄. qz soli celi  
id est iusti hac visione fruūtur. quoz p̄mum  
sūmum bonum est in quo habent plenū gaudi  
um de plenitudine omnū bonoz.

**C**oncluditur qz sancti nō de sensibilibz rebz.  
sed de sūmo bono deliciuntur. **Ca. xliij.**

**C**oncluditur itaqz qz sancti nō de sensibili  
bus rebus deliciuntur. sed se in sūmo bono  
esse et sūmum bonum in omni creatura et extra  
om̄em creaturā videndo frui gloriētur. Si eni  
quicquā minus q̄ sūmum bonū in p̄mū acciper  
rent adhuc plus appeterent. et nequēs essz qz  
plenū gaudiū non haberent. Sed cum constet  
eos plenū gaudiū habere necessario sequit̄  
eos sūmū bonū deum habere id ē de eius efflu  
entia et plenitudine omnū bonoz abundare.

Quādo autē celum celozū legitur. ip̄e deus in  
telligitur vbi iusti in abscondito faciei sue a cō  
turbacōne hominū celantur. Tōnde scribitur.  
Habetis thesauros in celo. hoc est in deo. Ad hoc  
sūmum bonū iusti quadam cathena trahūtur

que de virtutibus hoc modo connectitur. In  
p̄mis fides animam quasi quidam circulus cō-  
plectitur. fides spe nutritur. spes dilectōne tes-  
netur. dilectio operacōne expletur. operatio ad  
sūmum bonum intentione trahitur. intentio boni  
perseuerātia clauditur. perseuerātie deus fons  
omniū bonorū dabitur. Igitur qui hac cathena  
tractus hanc turrem scandens culmen eius  
attingit. non solum se veram vitam cognosces-  
re sed se penititer in ea beate viuere gaudebit.  
quia in ea huius glorie consors erit. **F**ratres  
vere vite et oim beate viuentiū faciat te deus  
participē. q̄ nos omnes ad sūmū bonū pducatur.  
**A**ugustini de vere vite agnicōe libellus explic.



LANDES-  
UND STAAT  
BIBLIOTHEK  
DÜSSELDORF



Aug-  
toreat  
Q  
capit  
conadit  
in mare  
agnisc  
in suis  
unq bon  
moder  
fomonal  
q per ave  
notis luge  
vel ppo  
fentig ter  
in mabo  
terat non  
percalom  
obnoan  
glantia e  
tas vero  
ni domi

